

to poff interfectionem Virginis fuiffe efficacem, cum effentibus malis omnia diffidia inter Pontificum & Imperatorem composita funt.

7. Defino prolixius in hiftoria excurrere, & ad vos conuerfus, Chriftiani mei, moneo, oro & obtestor, ut ad Deiparam Protectricem nofttram supplices manus, animumque erigatis; videmus enim ea tempora, quibus Ecclefia miferandum in modum premitur & anguftiatur: videmus in Oriente hoftem victoriosum infulentem, videmus in feptentrione armatos exercitus, videmus inter Chriftianos Principes non nifi amulationes & difcordias, & quod caput eft, caput Romani Imperii deest, quod nos defendat. Audimus ubique locorum moveri tympana, confcribi milites, & bella parari; interim fufpectiffima per provincias graffantur tam hominum quam pecorum lues; crefcit indies annonæ caritas, invalefcit agrorum fertilitas, tempeftas fegetibus eft inimica, tantaque ubique videtur fuperies, & rerum penuria, ut egentibus fuperriri via amplius poffit. Eheu! in eo eft, ut Divinus feclerum vindex mundum graviffime puniat! peccatorum menfura completa eft! Deus ad iram concitatus eft! Quid confilii? Agite! irato Patre confugiamus ad Matrem! illam fuppliciter oremus, ut preces fuas interponat, Filium mitiget, & fupplicia avertat; non erit inanis noftra fpes! Benigniffima Protectris noftra Materam pietatem, quam tempore Pauli Samofatenfis, tempore Juliani Apoftate, tempore Leonis Iconoclaftæ, tempore Friderici, & tempore Henrici Ecclefia exhibuit, etiam noftros temporibus exhibebit, & fiquidem id faciat, non poterit a Filio referre repulfam; ait enim S. Antonius, p. 4. tit. 15. c. 17. §. 4. Oratio Virginis non folum innititur gratiæ Dei, fed etiam juri naturali, & iuftitiæ Evangelicæ, quia filius non tantum tenetur audire Matrem, fed etiam obedire Matri.

### §. III. Fafcia nŕ Domina Ecclefia purgantis.

8. Sanctiffima Virgo Maria eo momento, quo in Matrem Dei electa eft, fimul Domina conftituta fuit Ecclefia purgantis. Quid eft Ecclefia purgans? Eft lætuofus ille & terribilis carcer, ubi emendatorio igne purgantur fideles animæ, quæ licet gratia Dei exornate funt, tamen ob nevos ex peccatis reſiduos necdum dignæ funt, ad beatificam Divinæ faciæ vifionem admitti. O quantis illa gemitibus! quantis deſideriis expectant felicem horam, quæ e loco tormentorum ad locum gaudiorum, ab exilio ad Paradifum patriam revocabantur! quando autem illuceſcet illa hora? Eheu! forſan adhuc ante & luſtra, nefcio quot, & quanta fuſperſunt! ideo teſte Hugone Cardinale, ſuper Cant. B. V. Ad Mariam reſpicimus, qui deſcendit in purgatorio, ut liberentur. Cur autem ad Mariam?

9. Purgatorium eſt locus afflictionis, in quo

acerbiora funt tormenta, quam quidquid peccatorum in hoc mundo poteſt excogitari; imaginare tibi omnium agrotantium dolores, qui ab ipſa mundi geneſi in hanc uſque horam febribus, hydrope, paralyſi, & peſtilentibus morbis obierunt: Imaginare tibi omnia tormenta facinoroſorum hominum, qui gladio, ſune, rota, rogo, aliſque modis excarnificati ſunt: imaginare tibi omnes cruciatus, quibus Sancti Martyres feſti ſunt, lapidati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt; hos omnes dolores in unum congere cumulum, & inquam quædrantem purgatorii non æquabis; ratio eſt, quia tormenta hujus mundi ſunt ad probationem virtutis & augmentum meritum, ignis autem purgatorius ad vindictam, confequenter differunt ſicut chyrgus & carneſis. Heu! quantum igitur tormentum erit per decem, viginti, triginta, quadrageſima & amplius annos in terribili igne ardere, cum in modum, quo ferrum in officina fabrilis, & lateres in clibano ardent! O mi Chriftiane, non poſſes intueri miſerum canem igne aſſari, & quomodo videre abſque commiſeratione potes, quod familiaris tuus quocum amice convixit, Patrona a quo ad hoc officium aut dignitatem promovus fuiſti, frater aut ſoror, quos in vivis tenerime dilexiſti, Parentes a quibus vitam & vitæ ſubſidia recepiſti, jam a decennio, vicennio & amplius in terribili igne cremantur? quid ergo faciendum? conſuge ad Beatiffimam Virginem humiliter rogitans, ut fideles animas precum ac meritum ſuorum ſuſfragiis & poenali ergaſtulo eripiat, illa de ſcipſa fateatur: *Ego in fluctibus amoris ambulavi.* (Ecl. 24.) Quid vult dicere? Percepe quid: infernus terra eſt, quia ſicut terra immobilis, ita poena inferni perpetua eſt; mare autem purgatorii ſymbolum eſt; quia ſicut fluctus maris pertranſeunt, ita poenæ purgatorii finiuntur. Cum ergo dicit Maria: ergo in fluctibus maris ambulavi, vult indicare: ego ex empyrea cali patria deſcendens & recta ad purgatorium vado, ut dominum, quod mihi ipſa licet competit, exerceam; ibi mare illud igneam tranſvado, ut ardores illius refrigerem, tempeſtates ſedem, navigares conſoler, & ad portum gloriæ deducam. Ita in hac verba S. Bernardinus Senenſis ferm. 3. de glor. Nom. Mariæ. art. 2. c. 3. *Beata Virgo in purgatorio dominum tenet: ad his tormentis liberat maxime devotos juos.*

10. Anno Domini 1094. non procul ab urbe Laudanenſi quædam mulier ob oculum homicidii crimen flammis adjudicata ad locum ſupplicii ducebatur. (Sigbert. in Chron. & Petrus Can. de B. V. l. 3. c. 20.) Tranſire debebat ad templum Virginæ Matri facrum, ibi ergo in genua procidens fiducia maxima Deiparæ agnitionem ſuum commendavit, & in ſerâ poenitentia teſtimonium peccata ſua omnia publice coram toto populo confeſſa eſt. Hinc digreſſa, ad locum ſupplicii deſtinatum perveniſti, ibi ſemel ac iterum in ignem conſecta tantum Dei ac Vir-

nis be-

nis beneficium experta eſt, ut ab igne quantumvis vehementer, nihil detrimenti pateretur: non deſuere carneſis, qui rogam pice, refinæ ac ſulphure animabant, verum ignis adeo nil valuit, ut etiam veſtimenta femina ab omni flammarum injuria manſerint illæſa. Indicibile eſt, quanta populi admiratio exorta ſit! curſitatum eſt agminatum ad templum illud Beate Virginis, ut una cum muliere Deo & Deiparæ grates agerent, tantumque miraculum communi lætitiâ celebraretur. Dilectiffimi Chriftiani! reſpice, non ad hanc mulierem, ſed ad fidelem animam, non homicidii, ſed omnino Deicidii ream, quæ non quidem propter culpam jam Sacramento remiſſam, ſed propter reatum poenæ reſiduum, non ad juſtitia humanæ, ſed juſtitia Divinæ rogam damnata eſt. Ah! peccati Pœnitentiſſima Virgo ignem illum elementarem ira ſopire, ut ſemina nec hilo nocerent, poterit etiam ignem poenalem ita mitigare, aut omnino extingui, ut quod miſericordis animabus ad ſalutem deſt, ipſa deſuis meritis ſuppleat. Veſtrum autem eſt, ut in hoc templo, ad quod in ſolatium animarum hodie numeroſe conſiſtiſti, ad ſanctiſſimam Virginem cum Seraphico Bonaventura in Litanis, ſuppliciter clametis: *Oramus te, Piſſima Virgo, ut eis, quos in purgatorio examinat ignis, impetres reſiderium.*

11. Epilogus. Atque ſic tandem, mi Chriftiane, fatis ſuperque perſpicis, quam ſublimem dignitatem Beatiffima Virgo ana cum Divina Maternitate aſſicuta ſit. Queritur a Doctis, cur Sancti Evangeliftæ tam parum de Beatiffima ſcriperint? cur non mentionem fecerunt profundiffimæ ejus humilitatis? incomparabilis venuſtatis tam corporis quam animæ? illibatæ caſtatis? ardentiffimæ caritatis? altiffimæ contemplationis & unionis cum Deo? ſcriperunt ſuſe de Maria Magdalena, de Zachæo, de Mathæo, de Samaritana, & aliis: cur non etiam de Beatiffima? an deſuere in illa virtutum exempla memoratu digna? Miniſter gentium! ſed reſpondet S. Thomas de Virtutibus: Evangeliftæ ſiluerunt propterea, quia Virginis gloria cogitari magis poterat, quam deſcribi. Imo ipſa Beatiffima ſuam magnitudinem quaſi capere non poterat, ideo ſynoptice dominum dixit in quo cantico: *Magnificat anima mea Dominum, quia fecit mihi magna.* (Luc. 1.) Sed quam ſunt illa magna? Beatiffima tacite obſtupescit, & ego ruditer repeto, quæ dixi: ſunt illa magna; quia Deus illum eo momento, quo Mater Dei facta eſt, conſtituit Dominam Ecclefie triumphantis, Dominam Ecclefie militantis, Dominam Ecclefie purgantis. Tu mi Chriftiane, dum Mariam ſub prima ratione conſideras, ora illam pro gratiæ Divinæ adiutorio, quod dignus officiaris illius celeſtis illius gloriæ particeps fieri. Dum Mariam ſub altera ratione conſideras, ora illam, ut inter mundi tentationes & tribulationes te non deſerat. Dam denique ſub tertia

ratione conſideras, ora illam, ut terribiles purgatorii flammæ tibi extinguat, aut abbreviet. Amen.

In Feſto Paſchatis.

## CONCEPTUS L.

De operibus bonis ac meritoris, & quid ad illa requiratur.

Surſexit, non eſt hic, ecce locus, ubi poſuerunt eum. Marc. 16.

Cum aliquando a mortuis reſurgemus, bona opera erunt uſualem noſtram ſolacium.

1. Feliciſſimum nuntium! Beata diſci! poſquam per cruentam quam elapſa ſeptimana deploravimus, Paſſionem, ac mortem opus noſtræ Redemptionis conſummatum eſt; hodie Salvalor triumphata Morte, Mundo, ac Dæmone, e ſepulchro glorioſius reſurrexit, ultimamque colophanæ, ut ita dicam, noſtræ Redemptionis adjunxit. An jam composita ſunt omnia? an jam de effectu Paſſionis Dominicæ, id eſt, noſtræ ſalutæ certificati ſumus? an nihil amplius ex parte noſtræ deſicit? Si hæc quaſtionem Lutheranorum proponam, cordate reponi, nihil amplius deſicere, quia per merita Chriſti ut nobis per fidem imputatam juſtificamur & ſalvemur; eſto, fuerit, adulerer, occidam, & quavis ſcelera committam, modo credam, Chriſtum pro me factiſſiciffe, ſalvus ſum! verum perverſo huic dogmati contrariatur veritas Catholica, docens, non poſſe nos mortis, reſurrectionis, & meritum Chriſti participes fieri, niſi per noſtram cooperationem: Non ideo Chriſtus Dominus famem & ſitim ſuſtinuit, ut nos in conviviſ & commellationibus voremus & helleuamur! non ideo Chriſtus Dominus humilitatiſ ſe uſque ad mortem, ut nos pompam facili ſedantes in vanitate & ſuperbia ambulemus! non ideo Chriſtus, Dominus contemptum, tormenta & dolores in te ſuſcepit, ut nos in caſibus & impudicitis voluptatibus latiamur! Errat, quiſ que ſta ſentit necesse eſt, ut per bona opera certam noſtram vocacionem & electionem faciamus; veniet aliquando decretoria dies, quæ & nos poſt mortis ſonnum in ſepulchro reſurgemus, omnes quotquot hoc in templo adſumus, reſurgemus; quemadmodum igitur reſurgens Dei Filius ſacraſſimas vulnerum cicatrices in manibus pedibusque tanquam ſus Paſſionis ſignacula retinuit; ita opus erit, ut in die reſurrectionis noſtræ eundem in morem bonorum operum teſtimonia nobiſcum ad Judicium afferamus; dudum enim pronuntiavit dilectus Chriſti Apoſtolicus: *Procedens, qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionem judicii.* (1. Thimo. 5.) Quid ſequitur? ſequitur, quod durante hujus vitæ tempore colligendis bonorum operum theſauris tanto impenſius inſuda-

Rt 4 re de-



re debeamus, quanto minus post hujus vite terminum bene operandi facultas nobis supererit. In Tartaria, prout enarrat Menochius, cent. 12. cap. 5. loco pecuniarum non habentur nisi papyracea moneta: Mercatores ergo alieni, dum pro suis meritis nil nisi papyrus recipiunt, illam statim iterum pro aliis meritis expendunt, quia in alia Regione non valent. Mihi Christiane, quidquid in hoc seculo amore lucrari, amore voluptatis, amore vani honoris, aut ex alio inani motivo operaris, moneta est papyracea, prout in altero mundo non valet nisi lapis, bonorum operum merces tibi comparata, quia etiam tibi valorem non amittunt, & unicuique tuum erant in morte & iudicio solatium.

*Ad bona opera autem requiritur, & primo ut fiat in statu gratiae Divinae.*

2. *Proposito.* Sed quid requiritur ad opera bona, ut in morte & resurrectione mihi solatio esse possint? Haecenus fuisse tibi explicavi, requirit, ut coram mundo occultentur, ut Deo soli ascribantur, ut ad Deum tanquam finem ultimum referantur, ut ab inani gloria, & propria voluntate sint alienae, ut propria utilitate, naturali propensione, & malo fine careant, & quae sunt familia. Jam explicandum restat, requirit, ut in statu gratiae, devote, & ad evulsis vocationem conformiter peragantur. S. Evangelista Matthaeus considerat valentem Josaphat tanquam arcam, & Divinam iudicium velut oecumenum purgantem triticum suum: *Ventilabunt in manu sua; & purgabit arcam suam.* (Matth. 3.) O Bone Deus! cum purgatur triticum, quot acera & imes paleae volant: & cum Divinus olim Iudex examinet opera bona, quot praeces, quot elemosinae, quot mortificationis exercitia tanquam acera & inutilis acipines rejiciuntur, quia debitis requisitis caruerunt. Quae sunt ista requisita? Attendite; Favete.

## §. I.

3. *Confessione.* In die Paschatis, id est resurrectionis nostrae, opera meritoria erunt unicuique solatium nostrum; quid autem requiritur ad opus meritorium? Requiritur in primis, ut procedat a corde puro, id est, ut fiat in statu gratiae, quae omnia meriti & consequentis exinde Divinae competentiae radix est, & fundamentum. Ingressiamur Scripturam; Divinus rerum omnium Creator diversissimas initio mundi creaturas & nihil produxit: Prima die creavit caelum & terram; altera die firmamentum: tertia die mare & aridam, cum herbis & plantis; quarta die solem, lunam & sidera: quinta die pisces in aquis & volucres in aere. (Gen. 1.) Omnia cetera Divini officii arte facta recensere, & illud solum admirandum consilero, quod teste Scriptura Dominus Deus quinta primam die creaturis suis Divinam

benedictionem impertiri coeperit. Cur autem quinta primam die? an opera primae, secundae, tertiae, & quartae diei, videlicet calum, terra, firmamentum, sol, luna, stellae, & alia non erant Divina benedictione digna? quid amplius meruerit pisces maris, & aves caeli supra ceteras creaturas? Ita interrogat Rupescius, l. 1. in Gen. c. 5. & sibi ipse respondit: Meruerit aliquid amplius; quamquam enim cetera creaturae sint excellentes, & omnibus numeris absolute; vita tamen caret, quae pisces & aves praedita sunt. Consequenter haec re nobis insinuat, quod Dominus Deus caelorum suam benedictionem non nisi creaturis viventibus impertiat. Vis mihi Christiane, ut Dominus Deus operibus tuis benedicat, ut contentamentum in illis hauriat, ut salutem aeternam tibi pro eis retribuat? necesse est, ut vivant vita supernaturalis gratiae: hac vita desiciente est opera tua fuit excellentissima & toti mundo admiranda, Divinam tamen benedictionem non impetrabit. Ora, labora, jeiuna, fude, Republicam utiliter adminitra, adhaere Ecclesiae, funda Hospitalia, & Monasteria, aliaque haec, si in flatu peccati mortalis hac omnia agas, minus placebunt Deo, quam illi placeat unius oboli elemosyna in statu gratiae pauperi porrecta.

4. Nunquam audisti, quinam sint, & dicantur noctambules? sunt eiusmodi homines, qui in somno surgere, & varias actiones exercere solent: Mendoza in Viridarum problem. 16. l. 4. enarrat, se novisse hominem, qui gladio & clypeo, nocte in somnis sibi aptato, urbem peragravit, in Magistratum satellitibus stipatum occidit gladium evaginavit, clypeum rotavit punctum cuiusque ferivit, donec tandem accepto vulnere excidatus sit. Marianus Senensis apud M. Iohannem colloq. 4. perhibet, se novisse puellam, quae dormiens egressa sit domo, & in stabulo pistoriam exercuerit, nec tamen evigilavit. Laudenis Jurisconsultus ait, se, cum Parisiis degeret, Anglici cuiusdam consuetudinem usum, qui somno correptus domo egrediebatur, & tempore etiam remota adibat. Quid autem utilitatis ex eiusmodi noctambulorum actionibus resultat? prorsus nihil; non profunt Deo, nec Republicae, nec sibi; non sic descendit iustitia, non profugit hostis, non acquiritur laetitia; Eundem proportionaliter in modum febre habet cum bonis operibus in statu peccati peractis: sunt vana, sunt inania, non augent meritum, non placent Deo, & nihil immediate ad salutem conducunt; quia quasi inordinatibus sunt.

5. Dico, nihil immediate ad salutem conducunt, ut tuis oblationibus, quas ogannare soles, viam pracludam. Dicis forte, mihi peccator, si ita est, & bona opera in statu peccati lethalis peracta nullum emolumentum operantur, praestat ut penitus omnia deinceps omittam; non expedit orare, non jeiunare, non elemosynas dare, & quae sunt alia-

Pelst.

Pessime argumentaris, mi Christiane! deberes potius formare istam conclusionem: opera in statu peccati mortalis nullius sunt meriti; ergo antequam hoc vel illud bonum opus faciam, prius necesse est, ut sera ac sincera poenitentia conscientiam expiem; sicut enim imprudenter ageret, qui agrum puri feminare, dein primum a tribulis purgare vellet; ita & multo magis imprudenter ageret, qui vellet operari bene, antequam poenitendo gratiam & amicitiam Dei recuperaret, id quod Propheta per illum pronuntiavit indicasse visus est: *Novavit vobis novale, & nolite serere super spinas.* (Jer. 4.) Quodsi vero commissum peccatum poenitentia necdum deleverit, non tamen sequitur, in statu peccati & indignationis Divinae omittendam esse omnia opera pia; quia licet ad salutem non conducant immediate, conducere tamen possunt mediate, in quantum Deum movent, ut tibi clarigatius ejusmodi gratias adhaere, illuminationem intellectus, & inspirationes voluntatis, ac cognitiones spirituales, quibus meditantibus ad cordis compunctionem, ipsaque poenitentiam justificativam poterit perducere, prout alibi explicatum est.

§. II. *Secundo, ut procedant ex sincera devotione.*

6. In die Paschatis, id est resurrectionis nostrae opera meritoria erunt unicuique solatium nostrum; quid autem requiritur ad opus meritorium? requiritur secundo, ut ex ardenti devotione, id est, ex serua voluntate, & desiderio placeant Deo, non ex mera consuetudine, non ex propria voluntate, aut alio inani motivo procedant. Non abnuo, praeces fundere, Sacramenta frequentare, confiteri, Sacram Synagoga munera, Sacrificia Missae interesse, & alia id genus, sunt insignia, sicut laude dignissima opera: verum si ista omnia non alio fine praestent, quam quia ita moris est, aut quia eadem ab aliis fieri vident, olim in iudicio nec laudem nec mercedem reportabunt. De illo glofiae Divinae curru, quem Propheta Ezechiel complexit, Scriptura rem aliquam annotat, quae dicta prorsus supervacanea videtur: *Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & vasa.* (Ezech. 1.) Mira locutio! An enim aliquid novi & insoliti est, quod procedentibus iumentis etiam processerint rotae? Nihil est novi, ait Theodoretus scilicet, in Ezech. 1. nihil insolitum in aliis curribus, qui una cum rotis unum aliquid fuit: verum in curru Ezechielis illud erat mirabile, quod rotae curru non fuerint connexae, sed disimbratae, & tamen procedentibus animalibus aequali motu processerint. Quomodo autem, quia ratione contigit tale prodigium? quia *Spiritus vitae erat in rotis*, ait Scriptura, hic Spiritus illas agitabat, ita, ut non animalium impulsu, sed proprio suo motu progredierentur: *Sponsum, & voluntarius erat corum motus*, verba sunt Theodoret. Nota jam mihi Christiane, quod ad aliorum exemplum in virtutis semita tot passibus, quot bonis ope-

ribus progrediaris, haud quidem illaudabile est; verum necesse est ut hac omnia ad Dei beneplacitum, ad acquirendam virtutis incrementum, & ad stabilendum salutem ex voluntario, & spontaneo motu fiant; si enim id eo solum oras, jeiunas, elemosynas largiaris, aut alia facias, quia haec fieri etiam ab aliis vides; spiritus vitae non est in operibus tuis, quem Deus requirit, consequenter & exigua erit illorum merces ac retributio. Oh quot Christianae pietatis opera in illa die sinistro hoc sine corrupta apparebunt; verum quidem est, Christianae mutuae charitatis officiositate sese honorant, levant e sacro fonte parvulos, comitantur mortuorum funera, interest nuptias, apprecantur sibi invicem natalitia, paschalia, & alia festa, verum metuo, ne hac omnia fiant non altiori motivo, quam quia sic patris mos est, & consuetudo. Oh inani opera! Spiritus vitae deficit! Non quiritus *Spiritus frater, Spiritus*, exclamat Augustinus ap. Spera. scripta. fol. punct. 111.

7. Nec melioris farinae sunt illa opera, quae ex mere naturali, seu Philosophicae virtutis procedunt. *Fieri potest, ut habeas naturalem charitatem aut humilitatem*, ait Origenes, quae fitur in homine absque charitate, aut gratia Dei inventiri possunt; ita supernaturali mercede non coronabuntur: quare? quia ex congenito affectu, & naturali propensione proficiuntur. Explico rem iterum ex Scriptura: cum Patriarcha Isaac (Genes. 27.) senuit, & mortis sibi sibi appropinquantem advertit, praecipit filio primogenito Elau, ut sumptis pharetra & armis venatum egredere, sibi quae serinam carnem, quae libenter vescatur, asserret. Non est dicibile, quam prompta alacritate Elau praepcepta Patris observavit, nullisque edulsiis perpercit, paternis desideris quatuordecim satisfaciendi. Et tamen Eheu! interim jus primogeniturae & benedictionem perdidit, quam illi Jacob natu minor, colludente Matre furripuit. Oh bone Deus, cur tantum infortunium in praedictum Elau permisisti? non in iste jus praetationis & hereditatis, si cetera decedat, hac sola, qui in patrem ferebatur, obedientia promeruit? Non promeruit, respondet Cardinalis Damiani Apolog. de contem. c. 21. & quidquid hac in re contigit, non casuale infortunium, sed Divinae providentiae dispositio iustissima fuit. Quomodo? quia de causa? quia *Isau vocatum proletem, non magis paternam iustitiam paravit, quam iustitiam consuetudini quodammodo vitiosa perhibuit*. Exit ex natura & indole sua ad venandum proclivis; igitur in memoria quidem progressus est, non tam ut patri, quam sibi ipsi satisficeret. Oh quoties in operibus nostris idipsum contigit? Et aliquis quid de Deo & rebus Divinis sine fine blaterat? quare? quia ex natura sua est garrulus. Est alius, qui delicta & errores proximi continuo corripit, & carpit: quare? quia ex natura sua est biliosus. Est iterum

abus,



onus, qui solitudinem amat, & ex quaternis sui tubiculi partibus haud facile progreditur. Quare? quia ex natura sua est melancholicus. Est denno alius, qui offensas dissimulat, & ex illis sibi injuriis difficulter ad iracundiam progreditur: quare? quia ex natura sua est pacificus. Quid autem hoc tandem aliud est, quam ex naturall' propensione bene operari, id quod olim apud Deum iudicem aeternam hereditatem, & benedictionem non reportabit. Ut opera tua Deo placeant, mi Christiane, & caelesti mercede compententur, necesse est, ut ex puro Dei amore, & in virtutibus proficiendi studio, absque motivi aut propensionis naturalis influxu fiat. Magdalena hodie summo mane venit ad sepulchrum; Dominicum Corpus pretiosissimum balsamo inunctura. Fuit hoc tam insigne charitatis opus, ut ajant Sancti Patres, etiam solem ad intuemdum tam nobile spectaculum solito citius resurrexisset. Cur autem fuit tam insigne, ac laudabile opus? quia non sine difficultate, ac periculo perfectionis ex purissimo Dei amore proceffit. Pergo ad alia!

§. III. Tertio, ut sint conformia nostra vocationi, & non fiant in praedictum altarum functionum.

8. In die Paschalis, id est, resurrectionis nostrae opera meritoria erunt unicum solatium nostrum; quid autem requiritur ad opus meritorium? requiritur tertio, ut ad cujusvis vocationem conformiter fiant. Memini me legisse de Ludovico XI. Galliarum Rege, quod alii quando Episcopum Ebroicensem Parisios vocavit, eumque rogavit, ut pro bellica sua, quam possederat, experientia milites conferret. Id superius copiam Duobus Chabanas agere ferens Regem adiit, & facultatem petiit, Ebroicensis Ecclesiae Canonicos reformandi. Hoc ajebat Rex, a tuo munere alienum est; tam Chabanas: cur minus mihi convenias Clericos in Ordinem redigere, quam Episcopo milites reconferre? fuisse inane impudenter agi, si unum in alterius officium involvere, & sacerdotis officium tractare, aut opifex Scripturam interpretari praesumat.

9. Quod de uniuscujusque officio, id ipsum etiam de tempore, loco, & modo observandum venit. Orare, meditari, facere lectioni vacare, templa visitare, & alia id genus sunt opera ex se optima, si tamen tempore fiant, quo v. g. officialis quidam homo communicatis, aut Pater-Familias regimini domus invigilare teneat, utique Domino-Deo non possunt esse accepta. Sponte in Canticis Divinae pulchritudinis contemplationi erat intentus, & in illam bonorum omnium abyssum travulsus affectibus sequebatur, cum subito caelestis Spontus illi praeciperet: *Averte oculos tuos a me.* (Cant. 6.) Et unde hoc prohibitio? an sponta deliquit? an forte in peccatum incidit? nihil minus! an in oratione interpeti? etiam hoc non! cur ergo jubetur avertere oculos? quia illius oratio non

erat de tempore: *Averte*, subiecit purpuratus Hugo in Cant. 6. *ut cura subletemur incedas*, quasi dicere vellet Spontus, quamquam orare & meam Divinitatem contemplari res sit ex se laudabilissima, tamen convenienti tempore & citra praedictum curae delicta fieri debet. Sic Christus ipse in monte Oliveti ad Patrem orans ter legitur orationem interrupisse, ut videret, quid agerent, quid paterentur, quibus in periculis verarentur Apostoli, quos cura suae commisit habuit. Et mulier fortis inquam in Scripturis laudem reportat, non quia diu nocturne fundendis precibus inhaesi, sed quia consideravit semitas domus suae, quia pervisit lanam & linum, quia operata est consilio manuum suarum, quia de nocte surrexit, ediditque cibaria ancillis suis, (Prov. 31.) & quae alia ibi continentur: ut indicetur, gratior esse Deo opera obligatoria, quam his omniis voluntaria.

10. Adhuc unum! In Veteri Testamento Dominus Deus lege prohibuit, ne quidquam melius ad altare in oblationem afferretur. *Nec quicquam mellis adhibebit in sacrificio Domini.* (Exod. 23.) eratque ea lex adeo rigorosa, ut teste Abulente hic q. 6. Deus etiam cetera a tabernaculo abesse voluerit, quia cera & reliquis mellis haud satis delectata esse censetur. Quae causa hujus praecipientis? an non apicula, quae mel constituunt, quia non commito fexis coita, sed ex purissimo florum succo sobolem suam pariant, sunt symbolum castitatis? an non apicula, quia favos laboriose consiciunt, & futuro tempore provident, homines otiosos, & inertes in ruborem dant? an non apicula mel operantes, & simul aculeo armatae denotant bonum Republicae regimen, quod clementia simul ac iustitia attemperari debet? Est ita! Deus tamen earum labores, utat melleos, non vult ad sacrificium offerri! Est quare non? Oleaster ibi ad mori. quidem putat, id est, quia mel ardentibus prunis incensum absurdum odoratum creat, ut indicaret Deus, quod opus sibi oblatum ante omnia boni exempli odor habere debet, & verum Phocodoretus ibi q. 1. rem melius esse tangit. *Frustrans apicula labore nostro non procedit*, quasi diceret, si vis, mi Christiane, Domino Deo gratiam immolationem afferre, necesse est, ut de tuo, non de alieno offeras, mel autem non tuus est, sed apum labor: *Ex propriis laboribus persolvenda sunt sacrificia.* Cum igitur de tempore, quod officio tuo, aut charitati proximi debes, aliquid suscipias & Deo impendis, aut cum annuas commemoraciones fundas & interim creditoribus non satisfas, aut insiquas elemosinas in egenos distribuis, & interea famulas ac operarias stipendia debita, diurnamque mercedem subducis, non est possibile ut Deo placeas, quia ut ait Ambrosius, hic in Exod. 23. *non spolia, sed dona quaerantur.*

11. *Epilogus.* Jam ad cononidem, Quia ex dictis omnibus concludendum venit? Percepte paucis! Mi Christiane, praesens vitae tempus est quasi

quasi messis, quae honorum operum fructus pro tua aeternitate colligere tanto impendius debemus, quanto minus elapsio hujus vitae tempore me uni quidem meritorio operi eliciendo pares erimus. Patriarcha Jacob in mysterioso illo somnio vidit ascendentes & descendentes Angelos, cum autem evigilavit exclamare cepit: *Terribile est locus iste!* quid autem terribile invenit Jacob in amoenissimo illo Angelorum commercio? Illud invenit terribile, ait S. Basilus, quod excusso somno non amplius viderit scalam, in qua Angeli ascenderant. Post vitam mortalis somnium non amplius datur scala ascendendi in caelum: *Confessio ubi de hae vita migraverimus, omnis benefacendi facultas praesens est.* S. Basil. in Echn. Regn. c. 9. Ergo nunc ascendamus, nunc de virtute in virtutem gradum scilicet; nunc honorum operum merita sine intermissione colligamus. Ad haec autem bona opera, prout audivimus, requiritur imprimis, ut in Dei gratia fiat, dein ut ex ardenti ac sincera devotione procedant. Denique ut iustis statui ac vocationi conformia sint, id quod deinceps magis, manifeste patebit, ubi in specie de operibus misericordiae tam corporalibus, quam spiritalibus agemus. Amen.

In Festo S. Georgii Martyris.

### CONCEPTUS LI.

De Operibus Misericordiae in genere, eorum praemissis & immisericordiae supplicis.

Pater meus Agricola est. Joann. 15.

Misericordia & bonitas est proprium Divinae naturae attributum, quod nos pro possibili amulari debemus, quia misericordiam erga pauperes est Deo valde grata.

1. **Q**uis mihi causam dixerit, cur caelestis Majestatem Regibus, ac Principibus conferti, & anteferebunt, in hodierno Evangelio Agricola comparatur? Varia sunt sacerorum Interpretum sensa! Ego in rem meam, ut brevis sum, hanc causam enuo: quemadmodum agricolae suis laboribus, id est, arando, occidendo, fetendo, metendo, triturando, aliisque faciendis, pro toto mundo hominibus & jumentis victum comparare debent: ita caelestis Pater revera providissimus pater-familias est, qui filiis suis, id est humano generi de victu, vestitu, usu & potu liberalissime providens, terram fecundat, incrementa frugum promovet, agris benedicit, influxus syderum temperat, noxias tempestates avertit, pluvias & serenitatem alternat, & sic pro nostra conversatione & nutrimento quasi diu nocturne laborat. Haec de causa, inquam, seipsum vocat Agricolam; non quidem talem, prout loquitur Augustinus tract. 80. in Joann. quales sunt, qui extrinsecus adhibent misericordiam,

sed talis, ut det etiam intrinsecum incrementum, id quod profecto non est, nisi liberalis effectus imitabile illius bonitatis, ac misericordiae. Quid sequitur? Conclusionem facit ipse Dei Filius, iniquens (Luc. 6.) *Ehata misericordiae sicut Pater vester misericors est*, quibus verbis Christianis omnibus hortatur: ut hanc Dei Optimi Maximi Misericordiam amulantes, pauperibus, egenis, & agrotantibus, aliisque afflictis hominibus se benignos, ac beneficos exhibeant. Est autem misericordia voluntaria tristitia, quae constatur ob incommoda aliena, seu prout alii brevius loquuntur (Segueri Maana an. 18. Jul. est voluntas succurrendi alienis miseriis, & licet Deus per particulam illam sicut (sicut Pater vester misericors est) non aequalitatem, sed similitudinem exigat, tamen ad hanc similitudinem requiritur. Primo, sicut Deus humanam naturam assumpsit, ut alienis miseriis sentiret: ita & Christianus alienas miseriis ut proprias habere debet. Secundo, sicut Deus miseretur etiam eorum, qui sua culpa sunt miseri, ut peccatores; ita & Christianus commiseratione tangatur erga eos, qui potius digni sunt reprehensione, quam compassione. Tertio, sicut Deus non solum alicorum, sed etiam inimicorum miseretur, imo in ipso inferno infra condignum puniat; ita & Christianus non solum amicis, sed & inimicis in necessitate constituis succurrat. Quarto, sicut Deus misericordiam suam effudit supra miseros, est ipse fit felicissimus: ita Christianus contra genium eorum, qui quanto sunt feliciores, tanto sunt erga egenos duriores, in ipsa prosperitate misericordiam induat. Atque haec misericordia est virtus characteristica hominis Christiani, ita ut interrogandus ajat Augustinus l. de Vit. Christ. q. 14. *An Christianum putat illum, cuius nunquam bene alius facturus fuerit, cuius potu nullius sitis extinguatur, cuius mortuum nemo pauper cognoscit, sub cuius tecto non advenit, nec peregrinus succedit.* Haec querit S. Doctus, & sibi ipsi respondens exclamavit: *Ajite, ut huiusmodi Christianus dicatur!*

2. **Proposito.** Agite, Dilectissimi, de hac virtute misericordiae hodie in genere, & deinceps de operibus misericordiae tam spiritalibus quam corporalibus in specie, & denique de hujus praemissis ac contrariis vitiis ponis agemus. Octavae Spiritus charitatis, qui in primis Christianis inventus est, ad nostra usque tempora transiit, quoniam, teste sancto Luca (Act. 4.) erat cor unum & anima una, nec quisquam eorum, qui possidebat, aliquid suum esse dicebat: habebant omnia communia, nemo ergo erat inter illos egenus, quia singula singulis, prout opus erat, non tantum inter praesentes, sed etiam absentibus dividebantur. Favete!

### §. I.

3. **Confirmatio.** Non est facile dictu, quot sacrificiorum, holocaustorum, & victimarum millibus Dominus Deus in Veteri Testamento fuerit honoratus: solus Salomon in dedicatione templi



templi mastravit hostias boum viginti duo milia, arietum centum viginti milia, ut tacam ceteros Reges, principes & populos, qui dum contraria pangebant, dum nuptias celebrabant, dum contra hostes triumphabant, aut in necessitatibus & periculis Deum invocabant, integros illi greges immolaverunt. Grandis revera honor! & tamen in nova lege solemniter affirmat Deus (Matth. 9.) *Miseriam vobis, non sacrificium, quibus verbis inquit, unum cum adum misericordiam proximo exhibitum sibi magis placere, quam nescio que & quanta holocaustomata.*

4. Quo affectu Dominus Deus, eodem & Dei Filius in opera misericordiae fertur. In Apocalyptica visione c. 1. Christus Dominus dilecto suo Apostolo apparuit medius inter septem candlebra aurea: erat vestitus pretiosissima toga, & circa lumbos aurea Zona praecinctus, oculi illius iysderum, & facies instar solis radiabat. Quod autem egit medius inter candlebra? transibat ab uno ad aliud, & auro emanando lumina parabat. Est mirabile obsequium! cur autem Dominus inter candlebra adeo sibi compleret? Ideo, reponit S. Bonaventura, Diat. fal. tit. c. 4. quia sunt symbolum septem operum misericordiae: *Candelabra aurea signant septem opera misericordiae corporalia, quae sunt in auro pretiosa.* Quemadmodum igitur dives aliquis in suis vasis aureis & argenteis, aliosque thesauris nonnullam delicias, ita Dei Filius quasi totam suam Majestatem, & delectationem in operibus misericordiae collocat: imo tanto illa estimat, ut quasi sibi facta acceptet, inquit (Matth. 23.) *Quid mihi ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: si ille melio fructum panis porrigas, mihi fecisti: si autem obolus veste operis, mihi fecisti, & quae sunt alia. S. Martinus adhuc Catechumenus in Vit. 11. Non pauperi nudo dimidiatum panem dono dedit, & ecce! proxima nocte Christus hoc pallii fructo amictus apparuit, & quasi gloriosus est: Martinus hac me veste contexit. Sapientia Catharinum in templo orantem pauperum homo stipem rogabat: respondit sancta, veniret ad fores aedium, jam nihil quod daret, sibi ad manus esse, importunior mendicus urgebat elemosinam, & ecce suspicata Virgo quae res erat, argenteam crucem & quam e corolla Mariana pendulam gestabat, illi porrexit. Raymond. in Vit. S. Cath. 30. April. Quid evenit? proxima nocte oranti apparuit Christus Edmundo, qui argenteam crucem pretiosissimis antonibus ornatam sibi exhibuit, promittitque quod eandem illi in ultimo iudicii die coram lui universo mundo redditurus esset. Est quantum Dei Filius in operibus misericordiae sibi complacet!*

5. Neque inanis est & vacua haec Christi Domini complacentia, sed conjuncta cum grandi retributione, qua opera misericordiae in pauperibus sibi exhibita liberaliter compensat. Juve-

nis Moyses, cum stibundum gregem adaquat, a Jethro hospicio exceptus, & in focerum assumptus fuit. Abraham dum peregrinus excipit & pacis, promittitur filius, & immortalis progenies. Muller famulatus, dum erga famelicum Eliecam beneficium sese exhibet, emortuum filium ad vitam revocatum recipit. Rebecca, dum vel siccitatis famuli Eliecer camelis potum praeberet, digna habita fuit, quae in Isaac sponsam elegerit. Ita hodiecum hi, non accipit Deus obolum in paupere, quem non centuplici retributione tam corpore, quam anima tenus remuneratur. Ad testes provoco geminos Imperatores: Primos eum Tiberius, qui ad mentem Baronii (Paulus Diac. ap. Baron. ad an. Chr. 582.) circa annum post reparatam salutem 582. Imperii sceptrum tenuit. Fuit ille Vir haud levibus vitiis deditus, quibus Dei iracundiam in se provocare poterat: nihilominus, quia in pauperes pie erat profusus, loco iracundiae, Divinam beneficentiam perquisit, in quibus divitiis donatus est. Aliquando, postquam totum serre ararium in pauperes exhausit, palatium suum obambulans vidit, in pavimento lapidem crucis imagine signatum, indignum arbitratu salutariter nostrae Redemptionis instrumentum tam viliter haberi & pedibus conculcari, praecipit removeri lapidem, & ecce! subtus illum reperit ingentem, tamque divitem thesaurum, ut elemosinam a diuturno tempore profusa abande fuerat compensata. Alterum Imperatorem, ad cuius testimonium provoco, est Zeno, ille hominum impudentissimus, eo lascivie progressus, ut inopis viduae filium violenta libidine foedarit. (Joan. Mose. in praef. Spir.) Afflicta Mater injuriam & sibi & filio illam vindicatura, nihil aliud habuit super, quam ut ad latenteram Dei Generatricem conlugeret, cum lacrymis & gemitibus orans ut Divinum suum Filium contra pariparatum supratorem in criminis ultionem armaret. Verum ecce! cum misera mater contentiosus affectibus lacrymabunda se fatigaret, una sopore obruta obdormit, dormientem autem Beatissima Celorum Regina apparuit, inquit, se ad supplicium sceleratis Imperatoris iam diu Filium provocat, nihil autem effecisse, quia Imperator in egenos effudit profuse beneficium, & liberalis. Ea mi Christiane, quantum elemosinam tam corpori, quam animae profudit Deus non patitur se ab humana liberalitate viaci, ideo pro obolo retribuit auream, habeturque frequenter in historiis, quod nonnulli quanto fuerint in egenos profusiores, tanto facti sint ditiores, saepe dum crumenam aut horularem amore egenium evacuant, illam & illud praeter spem recentibus aureis, & tritico plenum invenerunt, & insuper ex insidiis hostium tam visibilium, quam invisibilium mirabiliter erepti sunt. Oh mi Christiane, si ista viva fide crederes, ne tu certo egenis benigniorem te exhiberes!

6. Quid dicam de aeterno, & caelesti premio, quod

quod in altera vita misericordibus preparatur? apud sanctum Lucam hortatur & praecipit mundum Redemptor benefacere pauperibus & miseris, addita ratione (Luc. 16.) *ut recipiant vos in aeterna tabernacula.* Quid ita? an ergo penes pauperes est, non in calos recipere vel non? Omnino penes pauperes est, ait S. Chryostomus hom. 32. in Ep. ad Hebr. nam pauperes, cecis, claudis, & debilibus sibi sunt, qui domos illas aedificant. Quomodo autem, & qua ratione aedificata sunt haec tabernacula? Sapientia aedificavit sibi domum, ait facer Proverbiales (Prov. 9.) *exiitit columnas septem, per domum illam intelligunt sancti Patres aeternam illam caelestis gloria mansionem, quam quilibet suis sibi meritis aedificat, per septem columnas autem, ad mentem Divi Bernardi ser. 2. de Adv. possunt intelligi septem misericordiae opera: quoties igitur, mi Christiane, amore Dei esurientem pascis, quoties sitienti potum praebes, quoties nudum vestis, quoties peregrinum hospitio recipis, quoties captivum redimis, quoties ad aegrotum invitis, quoties mortuum sepelis, toties gloriae tuae tabernaculum nova columna firmas. Exemplum habes vel habebis in Candaphoro Indiarum Regule palatium ingentem pecunie summam tradidit, quam Sanctus Christi Apostolus in Regule palatium ingentem pecunie summam tradidit, quam Sanctus Christi Apostolus in egenos distribuit. Re comperit, cum Rex conceperat adificii spe se frustrari cerneret, Thomam tanquam deceptorum in carcerem conjecit. (Abdias in Vit. S. Thomae.) Interim moritur Regis genitium frater, & post quadraginta dies meritis ac precibus Apodoli ad vitam revocatur. Inter alia, quae refuscitatus nova haecenus in audita ex altero mundo resultit, & illud erat, vidisse se ingens & pretiosissimum in calis palatium, quod S. Thomas Regi, siquidem ipse vellet, ex auro & meris unioibus aedificasset. Rex vehementer admiratus solum adhibuit assentem, vocatoque e carcere Christi Discipulo, abjurata idololatrie dementia sacro baptismi lacie se abluit, & praedicato per integram regionem Evangelio subditos ad salvificam Christianam converti permisit. Oh! quis non exclamet cum S. Chryostomo Hom. 32. in Ep. ad Hebr. *In aedificis caelestibus studemus nostras vacantes pecunias.* Eheu! expenduntur pecuniae in vestium pompam, in equos, in canes, in crapulas, in choreas, in vanissimum supellectilem, & interim pauperes, aegroti, afflicti fame, siti, nuditate, & calamitatibus interire sinunt. Oh si Christiani veris agnoscerent, quanta sit in calis unius oboli retributio, certe magis mirigique erga egenos vitiosa misericordiae inhaerent.*

§. II. De immiseri cordiae coram Deo valde obnoxialis.

7. Quemadmodum igitur ingens est tam in hac, quam in altera vita misericordiae praesidium; ita & terribile est supplicium, quod demeritorum tam hic quam ibi expectant.

Quid? supplicium? an ergo peccator, cum egentibus non succurrit? sine dubio peccatur; quia opera misericordiae non sunt liberis voluntatis, sed obligationis. Decumans error est quorundam Christianorum, qui sibi persuadent, se honorum suorum pleno jure esse dominos, eaque posse ad libitum expendere & dilapidare. Non ita se res habet: sunt quidem honorum suorum Domini, non tamen aboluti, sed cum onere, ut quidquid congrua satisfactione superfluum fuerit, in egenos distribuat. Elemosinam pauperis ne defraudes, ait Spiritus Sanctus (Ecol. 3.) ubi gratia vestro ita habet: *Vitam pauperis ne defraudes.* Nota vocabam, defraudes, quae ex natura sua peccatum contra justitiam denotat. Quemadmodum igitur contra justitiam denotat. Quomodo autem non potes pauperem injustitiae delictum non potes pauperem ledere in sua vita; ita extra idem delicti genus non potes pauperi subtrahere vitam substantiam. Quam sunt haec pauperis vitae substantia? Audi S. Basilium Hom. de Divite. Egerientis est panis, quem tu retines, nudi est vestis, quam tu in arca custodis, dicalceat est calcus qui apud te marcescit. Tot injurias es hominibus, quae poterat optime ferre. Neque dicas, quae postea mea sunt, qui parentum haereditate, item meo labore, meo artificio, mea literata illa comparavi! Esto enim ita; nihilominus scire debes, quod Dominus Deus pinguem hereditatem, ingenium capacitate, scientiam, valetudinem, & alia dona naturalia non ex debito, sed ex libera voluntate ideo tibi contulerit, ut inopiam eorum, qui minus capaces sunt, tu liberalitate supples, & in hunc sensum expressit docet, moneteque Apostolus (1. Cor. 8.) *Vestra abundantia illorum inopiam supplet.*

8. Oh quam periculoso igitur loco fit eorum salus, qui licet a Deo insignibus divitarum thesauris cumulantur, nomen pauperum vel obolo solantur, sed potius torvo vultu, & asperis verbis a se repellunt. Oh mi Christiane, ille pauper, ille nudus, ille famelicus non petit a te vasa argentea, scyphum aureum, digiti anulum, sed frustum muci calceam, an poteris illum petenti in nomine Christi denegare? Vah! credo, si in nomine diaboli, aut impudentis muliercule peteret, forsitan daret. Cum Patrararcha Moyses (Exod. 32.) orationis causa in monte aberat, interim populus ab Aaron petiit, ut sibi vitulum constitueret, loco veri Dei adorandum conficeret. Cohorruit initio Aeron, & vicissim postulavit a populo, ut in constanti vultu, illi materiam, sibi uxorem, filium, situmque inanes afferrent: fecit hoc, prout optavit Petrus Conestor, quia avaritia gentis illius optime confusus certissime sibi persuasit fore, ut nunquam se suis divitiis expoliari paterentur, & hac ratione a pessimo suo profectio desisterent. Verum contrarium profus accidit; nec enim tam subito inanes illas postulat, quae mox promptos, paratoc-



que invenerit; siquidem ipsorum avaritia ad illa se tantum extendebant, quae ad animarum salutem & Dei obsequium spectabant, non vero ad ea, quae ad demonis voluntatem ac beneplacitum faciebant. Quod Judaei ex Aegypto receter reversi eo malitia devenierint, dolendum quidem est, sed talia etiam a Christianis fieri, intolerabile est; & tamen quid hodie inter Christianos communis? ut Deum per ludos, per luxurias, per luxum, per ebrietates, per nugas nugarum gravissime offendant, nullis expensis parcunt, extraordinariis se onerant debitis, uxores suas dotibus espoliant, & filios nudipedes circumire permittunt: quod si vero cum illis egeris, ut elargiantur elemosynam, vix bonam poteris verbum, multo minus obolum, aut panis frustum ab his extorquere: pro Deo suas tenacissimi, pro diemone liberalissimi! nec satis hoc. Pejus adhuc agunt, qui pauperibus habet secus ac suis ovibus utuntur, lanam & vix non cutem illis detrahunt, ex eorum sudoribus victum sibi quarunt, ad indebitos labores sine mercede cogunt, larvata pietate nannos esse ad censum porrigunt, ut dein vulpina calliditate eorum agros & villas auccupent: de his S. Chrylостом Hom. 5. in Matth. *Species humani avertunt inopem, & manum porrigendo detestantur.* Quid mirum deinde, quod Dominus Deus faxeam id genus duritiam tam temporaliter, quam aeternaliter puniat?

9. Joannes Episcopos Hierosolymitanus (*Servus ap. Daresm. c. 7. Tit. 1.*) sicut in *Strabo* antea facta virtutibus, ita ad Episcopalem dignitatem promotus divitiis inhiabat, ita, ut saepe a S. Epiphano ad exercendam in pauperibus misericordiam fuerit admonitus. Verum cum frustranea essent monita, Epiphanius hanc illi strocham lustr: aliqua vasa aurea & argentea commodato ab illo petiit, fingens se illis ad celebrandum convivium indigere: annuit Joannes, & Epiphanius vasa omnia in pecuniis reddita pauperibus distribuit. Post aliquod tempus Joannes vasa repetiit, sed frustra: urgebatur iterum restitutionem, iterum frustra: tandem iudicari se sentiens, indignandus vocat Epiphanius, eique totam, prout erat, nisi sereno enarranti ex praecipiti ira colaphum infregit. Sed pessimo suo malo! eo momento Deo iniuriam vindicante utroque oculo exteatus est: quare terrensus & afflictus in genua procidit eorum Epiphani, enixe veniam, & amicum oculorum lamen rogavit! Et ecce! Sanctus Dei famulus imponit misero manus, eique oculum restituit, non tamen utrumque, sed unum, ut in altero caeco fuis immisericordiae memoriam, & deinceps benigniorem in pauperes animum haberet. Tarsia Sancti Pauli uxor (*S. Greg. Turon. ap. Daresm. c. 7. Tit. 4.*) quondam pauperem, fructum panis rogitantem rejecit, & ecce! ea die in poenam suae immisericordiae punctionem recepit, navigium quod ex alienis regionibus oneratum expectabat, terribili tempestate maris scopulis illi-

lam una cum tritico & pretiosis mercibus perierit. Mendicis fame & inopia laborans (*Idem apud sanctos.*) Nobilem Navarchum, cujus navigium in portu itineri paratum stabat, panem rogabat. Ille inter jocos & risus pauperem ludificans reposuit, non inventi in navigio nisi meros lapides. Ah! faxit Deus, subnitenti pauper, non esse nisi lapides! Et ecce! eo momento panes, casei, carnes, & quidquid comestibilium in navi erat, imo etiam pretiosae merces & tota suppellex in lapides commigravit, reservata tamen in rei testimonium exteriori forma. Cohorruit Navarchus, & facti poenitent mendicum, cui jam liberale stipendium destinaverat, ubique locorum conquiri iussit: verum cum nullibi inveniret, merces suas in lapidem conversas in finitimis urbibus dono distribuit, ut nemo non hoc spectaculo sapere, & pauperibus benefacere disceret. En mihi Christiane, haec sunt supplicia, quibus Deus immisericordiam in hoc mundo castigat! pauper negas teruncium, negabit tibi Deus gratias alias indebitas, uti fiam benedictionem in negotiis temporalibus, fortitudinem in vincendis tentationibus, corporis valetudinem, & alia. & loco horum immittit infirmitates, rapinas, incendia, morbos, aliaque infortunia, quibus tandem ad eandem incitas pauperum, quibus non succurrilli, redigeris.

10. Quodsi solum temporale Dei punientis supplicium incurras, satis adhuc fortunatusque, quia incomparabiliter acerbiores sunt poenae, quas immisericordes in altera vita experientur. *Mortuus est divites*, ait de divite epulone sacer Historiographus (*Luc. 16.*) quid autem portor? Exhoreresco dicere: *Scipulus est in inferno?* Terribilis relatio! sed cur sepultus in inferno? an quia aliena rapuit? an quia superbo supercilio alios despectit? an quia in luxu & luxuria scandalose vixit? an quia inconditis & ebrietatibus sese ingurgitavit? an quia vindictae studio homicida commisit? an quia aliena rapuit? Nihil horum omnium, sed quia, dum superfluo alimente ventrem farfit, nihil omnino indigentiae famens Lazari indulsit. Scipulus est! heu! videtur mihi inveni fieri funeralem infelicis pompam! qui sumus conitantur, sunt ingerrimi diabolus, adque ordine incedentes, in dextera salphureas laces, in sinistra varia tormentorum instrumenta portantes: quatuor portiores sunt gula, luxuria, fatus, & avaritia, amici eius in vivis integerrimi. Post sererum sequuntur exultabundi & jubilantes demones: cum ventum est ad locum ubi desunzus sepeliendus erat, Lucifer in solio sedens sinus expectat, sandapila in medio posita, unus ex praecipitis inferni spectris exorsus est orationem luehnebat, in qua abominabilem ejus avaritiam & crapulas expulsi: illa finita tanto impetu anima ejus praecipitata est in infernalem puteum sulphureo igne plenum, ut totus infernus contrumalisse videatur. Et quid nunc agit? Eheu! clamat, vociferatur, ingemiscit ad Patrem A-

bra-

braham, quem ab eminus in caelesti gloria conspiciat: *Pater Abraham miserere mihi.* (*Luc. 16.*) sed nihil aliud impetrat, quam quod S. Chrylостомus illi insulset serm. 122. *Sulte patris a Patre misericordiam, quam negaveras fratri:* jam per seculi saecula rogat aequa guttulam, & non impetrat, quia Lazaro negavit micam.

11. *Epilogus.* Oh mi Christiane, disce alieno damno sapere, & induere viscera misericordiae erga pauperes & afflictos! non haec a te peto, ut illis bene sit, sed ut tibi, & ut effugias interminabile malum, quod epulo sua immisericordiae incurrit! Oh si nunc posset infelix, quam libenter aliena miseriam esset compassurus! si nunc posset, quam libenter convivio, quo epulabatur quotidie splendide, esurientes pascere: si nunc posset, quam libenter purpuram & byssum, quo induebatur, ad vestiendos nudos applicaret! sed incasum! ardebit sine fine. Pausis omnia. In templo Salomonico in sancta Sanctorum ingressus non patebat, nisi per angustam portam & lignis olivarum conlectam. Oliva est symbolum misericordiae: in calamus, ait Doctissimus Drexelius de Ros. sel. Vitt. p. 2. c. 11. §. 4. non ingrediatur olive, nisi per misericordiam: seu, proter alius Doctorem loquitur, per angustam cali portam nemo admittetur, nisi qui pauperes janitores corruerit. Amen.

In Festo SS. Apostolorum Philippi & Jacobi.

### CONCEPTUS LII.

De primo & secundo Opere Misericordiae, quod est, Esurientes pascere, & potum dare sitientibus.

Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. *Joann. 14.*

Nemo scilicet est de aeterna salute, quam misericordet, qui esurientes pascunt, & sitientibus potum praebent.

1. **I**N hodierno Evangelio videtur observari dignissimum esse, quod Incarnatus Mandi Redemptor de Divina Trinitatis mysterio, de identitate suae naturae cum natura Patris, & de beatifica utriusque visionis specialiter cum Philippo prolixam sermocinationem habuerit: *Philippe qui videt me, videt & Patrem meum.* (*Joann. 14.*) Cur discursum, quem paulo ante cum S. Thoma miscuit, dicendo, ego sum via, veritas, & vita non profectus est? aut si qui, dem decrevit a S. Thoma sermoneum avertere, cur non in genere ac indiscriminatum omnibus Apostolis caelestem doctrinam de futura vita mercede, & de intima sui ac Divini Patris unione proposuit? quid singulariter Philippum promeruit, quod dignus fuerit praeter ceteris hoc solatio reperi? Christiani auditores, ne vitio mihi vertite, si meam animi sensum hac super repandam? Revolvamus aliquot folia in hoc ipso Sancti Joannis Evangelio: cum Dei Filius

transmisit mare Galilaeae, (*Joan. 6.*) secuta est cum ingens hominum multitudo, qui videndis Christi prodigiis, audiendoque verbo Dei adeo erant intenti, ut corporalium ciborum obliti, tridua jam inedia affigerentur: Christus famelicis turbe miseriam miseratus, multitudinem sibi devotam, quam spirituali verbi Divini cibo jam paverat, etiam corpore tenus prodigiis pascere decrevit. Converteris ergo ad Philippum, dicit: unde ememus panes, ut manducet hi? Et Philippus, quem famensium populi amor non minus quam ipsum Salvatorem sollicitum habuit, reposuit ac judicavit, ducentorum denariorum panes non sufficere, ut unusquisque modicum quid acciperet. Advertis jam mi Christiane, cur Dei Filius hodie de Deo, & multis in calo mansuibus, de unitate suae & Patris naturae, & dem de aeterna gloria retributione specialiter cum Philippo colloquatur? nimirum ut indicaret, neminem de caelesti praemiorum retributione esse securiorem, quam qui in egenitibus & famensibus pascendis Christo Domino cooperatur. Dicit Salvator: *In despo Patris mei mansiones multae sunt, verum haec mansiones neminem certius, securiusque expectant, per angustam cali portam nemo admittetur, nisi qui pauperes janitores corruerit.* Amen.

2. *Proposito.* Atque hic aniam capio hodie, quo resurrexens natura hominibus ad pecuniis alimenta praeparare incipit, differendi de primo opere misericordiae, quod est *Esurientes pascere*, atque propter connexionem materiae, quae seruae in idem recidit, etiam de altero, quod est *potum dare sitientibus*. Quam grata sint haec misericordiae opera Christo Domino, ex eo patet, quod promiserit, se illa in extremo iudicii die coram universo mundo laudaturum, & compensaturum, dicendo: *Esurvi, & dedistis mihi bibere.* (*Matth. 25.*) Favete.

### §. I.

3. *Confirmatio.* Tam necessarium est homini corporale alimentum, ut ipse Dei Filius Discipulos suos, & his medianibus etiam nos certam orandi formulam edocuerit, quia a paterna Dei providentia, quae aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, panem emendicare debeamus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* (*Luc. 11.*) Ubi specialiter notanda vox *nostrum*, quae innuitur, quod non unusquisque pro seipso, sed omnes pro singulis, & singuli pro omnibus, pauper pro divite, dives pro paupere orant, ut benignissimus Deus in discriminatim omnes e suo Bonitatis, ac liberalitatis penu nutriet, & conferret. *Domine da nobis, non da mihi;* consequenter cum Deus agros sua benedictione fecundat, & fructum, id est, frumenti, vini, olei, aliorumque alimenterum abundantiam submittit, id non solum in favorem divitum, sed etiam pauperum facit, quibus suam etiam sustentationis portionem



ationem per manus divitem assignat. Non igitur equum est, quod dives omnia solus helleose devoret, sed necesse est, ut etiam pauperi suam portionem porrigat; quia non solum pro se, sed etiam pro isto oravit: Da nobis hodie, & a Deo non solum pro se, sed etiam pro isto exauditus fuit: Comes, ait S. Augustinus, serm. 15, de Verb. Dom. quando oramus, quod illi Dal fuisse, ante Januam Magni Patris-Familias famulus. Eleemosynas ergo, qua indigentibus, & esurientibus succurrit, prout alias jam monui, non est libera voluntatis sed obligationis: superflua sunt res pauperum, quae illis sunt affluentia, istis tunc necessaria: illi attriti calcei, illa obsoleta vestis, illi panes & cibi bis cocti, qui in angulo ibi computrescunt, tui non sunt, sed pauperum sunt. Quid sequitur? Homo dives & opulentus, in cujus cella, culina & horreo mera est abundantia, si pauperi non porrigat, quae pauperi sunt, agit non tantum contra misericordiam, sed contra Justitiam, imo committit furum & latrocinium; hinc illi clamores Sanctorum Patrum, si non parvuli, occidit, quibus specialiter S. Augustinus adjungit Tom. 9, tr. de rect. convers. Quamvis quis pauper, in quibus locis habitavit, mortui fuerit fano, taurorum homicidium rei erit. Si decipio, aut decipior, dic mihi Christiane, cur ergo dives Epulo damnatus sit? an quia aliena rapuit? an quia in luxuriis & impudicitia vixit? an quia quotidianis ebrietatibus sese ingurgitavit? Scriptura nil simile exprimit: damnatus est, quia esurientem Lazarum non pavit; ergo tenebatur ex justitia illum pacere; alias non potuisset damnari.

4. Quam profunde hanc doctrinam cordibus suis impressam habuerit homines Sancti, quia bona sua terrena non tantum, quam aliena repantant, & potius sibi, quam pauperi famenti delicatiores bolos subtraxerunt. Ex horum numero fuit pietissimus Tobias, qui una cum contribulibus suis in captivitatem urbis Ninive abreptus, ubi a Rege Salmanasar libere in urbe eundi, & redeundi, quo placeret, facultatem obtinuit, quotidie matros solari, afflicto erigere, & famelicos pacere solebat. (Job. 1.) Ex horum numero fuit patientissimus Job, qui bonis omnibus, ipsaque corporis valetudine spoliatu juravit pro Domino, tot malis ingredientibus sibi insuriam fieri, eoque nunquam bacillum comederit solus, de qua non etiam partem habuerit pupillus. (Job. 31.) Ex horum numero erat benignissima Ruth, quae ipsius a mesoribus relicta, ino etiam manipulos a divite Boet sibi assignatos colligere, triturare, molere, & conlectis exinde panibus sibi ac suis in necessitate succurrere contempsit. (Ruth. 2.) Vis recentiora hujus misericordiae exempla? de Sancto Bernardino Senenti perhibetur (Sanctus Rego. Dei p. 6, c. 4.) quod quotidianos cibos in esum sibi appositos ori suo lubricare, & saepe triduanam, aut plurium dierum mediam pati non dubitavit, ut esurientes satiare. Olivaldus

Angelorum Rex cum aliquando ad mensam accersitur, audiret ingentem famelicorum, & pauperum copiam pra Regii palatii foribus stare, mox cibos omnes flagitantibus distribuit, imo etiam aureas & argenteas patinas distringit, & singulis pauperibus partem unam donari praecipit: quod concipiens Aydanus Episcopus, qui praesens aderat, arrepta Regis manu aut vata cinatus, aut bene precatus exiit. Hac manus unquam veterascit, quod & revera evenit, ubi post centenas & amplius annos patre facti cetero corpore huc beneficia Olivaldi manus ab omni corruptione inventa est immutata (Voy. de la S. Davoud. c. 7, tit. 5, n. 1.) S. Ivo pauperum Advocatus (Sarius in Vita S. Ivo.) cum aliquando coena assidebat, ad adium fores pauperculus, stipem exire rogatus, accessit, quem Ivo pro sua, qua in miseris ferebatur, beneficentia concessit ad mensam adhibuit. Sedebat egenus ad mensam, sed parum ut nihil comederat: Id quod observans Ivo simul advertit, faciem illius semper speciosiore & tandem radiosam fieri. Quid multis? Christus erat sub schemate pauperis, qui fargens Ivo non blandis amplexibus, & osculis colat, atque illi pacem apprecatus dispersit. Oh Christiani mei, cito & inter vos, Deo sint laudes, inventi Bernardus, & Olivaldus, inventi Ivo, pergitte exercere opera misericordiae, memores illius, quod Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum c. 4, nos admonet: Animam esurientem non despicere, praesertim calamitose hoc tempore, ubi annone caritas, & rerum egestas patriam nostram affligit, & pauperum ac famentium copia indices magis, magisque abundat. Prae ceteris vero, illud pauperum genus vobis commendatum volo, de quo S. Leo Pontifex Ep. 207, affirmat, quod inviti petant, & vocemur accipiant. Quam aeterni sunt isti? sunt, qui quondam foruntis floruerunt, & adiac boni nominis existimantem vident. Oh quot inventi sunt istiusmodi, qui si ad externam vestium speciem attendantur, pro opulentibus & bene habentibus reputantur, si vero eorum domus inquirentur, focus frigit, in cella & culina datur vacuum, & miser illi, qui ex occulto infortunio ad scitias redacti sunt, una cum prolibus extremam famem patiuntur. Istiusmodi homines sunt quovis triviali medico infeliciores; quia suam, qua praematur, pauperem proderet erubescunt, & ideo omni prolixo auxilio destituuntur. Existimo ego, siquis hujus generis egeno danarium conferat, grandius coram Deo opus facit quam si ceteris mendicantibus aureos distribuat: & hoc videtur dicere voluisse (Psalm. 40.) Psalmista: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, id est, qui discernit sui discrimina, quorum enim aperta est miseria, minus sunt miser illi, qui suam egestatem amore honestatis occultant. De B. Theodoro, magno Dei famulo Brutellis narratur (Euseb. in Pontif. p. 2, in fest. S. Nicol. §. 1.) quod quondam a nobili Domino ad mensam invitatus cum rogavit,

ut

ut sibi facultatem tribueret, unum vel alterum cibum pauperibus largirendi. Facultate impetrata, cibum linteolum contectum tradidit famulo; ubi, inquit, per hanc plateam & ubi ventus tibi linteolum abripuerit, illarum adium fores pulsans cibum deponere. Fecit famulus, quae iustus est, & ecce! ventus illi linteolum abripuit ante fores insignis palatii. Territus ergo famulus & errorem metuens retulit cibum ad Patrem Theodorum, qui concius omnium, quae facta sunt, perge, aiebat ad famulum, eamque domum audacter ingressus tibi cibum deponere tibi iste, & lacrymas multabatur. Non est dubium, ejusmodi charitatis obsequia Christum Dominum accepturum, ac si ipsemet in propria persona obtingeret, juxta promissum illius: Quod uni ex minimis meis fecerit, mihi fecerit. (Mat. 25.) Quid autem spei superest illis, qui erga egenos fauci sunt, & inamiferi cordes? redeo ad divitem Epulonem!

5. Tempore quo adipatus helleo ingluviem delicate farciebat, & inops Lazarus ante adium fores fame vix non contabebat, dicit Scriptura (Luc. 16, c. 6.) venisse ad eum canes, qui lingebant ulcera ejus. Audit 2 dives epulo eorum fuit e numero, qui malant canes, quam Christi pauperes nutrire? Oh quot canum copia saepe invenitur in una domo? sunt magni, sunt parvi, sunt mediciores, qui opiparis carnum bolis nutriuntur, dominum in compitis, in ambulatoriis, in alienis domibus, & vel in ipsis templis comitantur, ubi altaria & mappas foedant, rem Divinam, & ipsum concionatorem latrabus turbant, & petulenciam innocentes oculos scandalizant. Quid? quod domina catellum in brachiis portet, illi blandiatur, & quidquid ciborum delicatissimum est, illi porrigat. Quid autem cum pauperibus, aut famelicis hominibus pulsant, & Christi nomine pauperem? Torvo vultu & asperis verbis habetur in malam erucem abire, & dicitur, Deus te juvat, nihil habeo, quod tibi porrigam! sicque verificatur, illud Divi Chryl. hom. 46, in Joan. Canes quidem educantur, hominem autem famo consuetum negligimus. Quam indigna, ac praepostera haec sunt, exemplum habemus in Sacra Scriptura (Job. 1.) Propheta Jonas clelerata urbi Ninive intra quadraginta dies excidit supplicium nomine Dei annunciat, Rex Sardanapalus sperans Dominum Deum, qui longanimitas est misericors est, vivit, ut non solum omnes populi, tribus, & familia cinere & cilitio induta, sed ipsa etiam iumenta integro tribu jejuarent: Ferae non habent quidquam, nec possunt, & aquae non bibant. Res prolixius mirabilis, an opera pecorum meritoria esse, aut placandum Deum conferre aliquid poterat? Plane non! cur ergo jejunare praecipitur? Varie sunt hac de re sanctorum Patrum opiniones; aliqui putant, Sicut Spirit. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

pecora jejunare debuisse, ut homines peccatores per hinnitus equorum, per balatus ovium, per boatus boam, a horumque animalium clamores & peccatorum suorum detestationem amitterent! Non improbo hanc interpretationem! verum S. Chryl. hom. 3, ad pop. melius ad rem meam afferit, bruta jejunare debuisse, ut se Dominus suis conformarent; indignum enim & vel ipsi luminis naturae inconveniens esse, homines inedia torqueri, & bruta futuritate abandare, illos famere, & ista vorare. Nota tibi hoc, mihi Christiane, repugnat luminis naturae tamen tum adipari, & pauperem Christi fame contabescere, illum caribus, & hunc offibus pasci. Epuloob hujus criminis enormitatem moratus est, & Epulob in inferno: Heu! metue! ne si simili crimine animam commacules, in eundem locum deventus, ubi cum stygis canibus zecorum ululabis, & famem patieris; certe nihil est novi, quod Divina justitia in hoc immiserabilibus criminis famulicis supplicium animadverterat: Nabab, quia famelicus Davidi desiderata esulla denegavit, post decem dies repentina & infelice morte extincit perit. Percussit Dominus & infelice morte moratus est, (1. Reg. 25.) Et urbs Sodoma, quia in divitiis, in comestationibus, & abundantia vitians peregrino famenti cibum non porrexit, caelesti igne exusta, in cineres redacta fuit, causa enim terribiliss hujus incendii, ait Propheta Ezechiel c. 16, fuit Sarrasitas panis & abundantia, & quia manus egeno & pauperi non porrigant.

§. II.

6. Esurientes pacere opus est grandis meriti apud Deum, sed non minoris alterum, & potum dare sitientibus, imo videtur hoc illo tractare praestare, quanto intolerabilior est sitis praesente. Lysimachus Rex praelio victus & ab inimico exercitu circa estagii spem circum circa oblectus, ab ardente siti adeo afflictabatur, ut pro haultu frigida integrum regnum vendidit. Magnanimus Bellidus Silara (Jud. 4.) infelici certamine rufus fugam arripuit, & in domum Iabelis ingressus non aliam magis malum quam sitim conquestus paululum aquae rogavit. Samson cum Philistinis eruento praelio congressus, (Jud. 15.) postquam militem in arena trucidavit, aridissima siti torqueri coepit, certe praesentiae morti succubiturus nisi prodigioso lacte sufficit relectus. Quid multis! Christus ipse in cruce inter ultimos vite singulos non alteri magis tormento, quam siti indoluit, lamentabili voce exclamans: Sitio! (Joan. 19.) Ex quibus omnibus sequitur, sitim esse grande & intolerabile malum, & quamvis huic malo pellendo Dominus Deus vinum, cereviam, lac & aquam creavit, tamen homines nonnunquam in eas circumstantias incidere, in quibus nullum ex his potibus ad manus habere possunt, prout in Lysimacho, Silara, & Samone perperimus,

S I

& quo.



& quotidie in aegrotantibus videmus. Quid autem est ista? Respondet Berchorius in *repert. V. lris*: esse *videndi aspectum ex interiori calore confusum*; Divinus enim rerum omnium Creator humani corporis vitam duobus quasi principis temperavit, videlicet humore & calore, quorum si primus excedat, hydropes & apoplexias, si secundus, phthisin & calidas febres una cum arida siti excitat.

7. Quanti autem fiti meriti apud Deum scientes, potu refectere, patet ex eo, quod Dominus Deus hoc misericordiae opus lucentibus, tam temporalibus quam aeternis praemis coronavit. Peripitiamus temporalia! Cum Juvenis Isaac (*Genf. 24.*) nubilem annos attigit, a Patre illius Abraham fidelissimus Eliezer famulus in Mesopotamiam missus est, ut ibi e domo & familia Bathuel Isaac filio suo sponfam eligeret. Ivi Eliezer cum camelis & nuptialibus donis, cumque ad urbem Nachor advenit, extra portam secus fontem coesedit, sperans fore, ut ad vesperam civitatis silae, aquam haberet egredieretur, & sic ipse occasionem haberet earum mores, talenta, & qualitates considerandi. Non spes faecem advenam sefellit; inter alias enim venustissima Rebecca hydarum portans, ex urbe adventabat, quae ubi peregrinum hominum cum jumentis & farsinis, ex itinere lassatum conspexit, mira officiositate haustum frigidam illi obtulit, quia imo ne Eliezer quietem interrumpere cogeretur, etiam camelis fe potum daturam recepit. Istud humanitatis obsequium, conjunctum cum inaudita Virginis modestia adeo placuit Legato, ut postquam Virginem interrogasset quo genere, unde domo? & ab hac responsum audisset, fe esse magni Bathuelis filiam, non amplius dubitare, & non aliam Domino suo sponfam elefisti providentia destinatam esse; quare de promptis monilibus & donariis consensum illam liberravit, impetratoque parentum consensu fecuram in patriam reduxit. Advertis, quae causa fuerit, quod Rebecca in sponfam Isaac praeceteris filabus fuerit electa? nempe quia fidenter Eliezer equique camelis potum propinavit. Cur autem hoc humanitatis opus adeo placuit Legato? Ideo respondet doctissimus Mantius *Bibl. T. 3. tr. 30. disc. 7. n. 8. quia & ipse in demo Dominus sui misericordiae operibus deditur fuerat. Audiamus recentius hujus rei exemplum!*

Leo Majoranus, cum venatione sylvam oberraret, subito incidit in hominem caecum, qui a via aberrans magnis vocibus auxilium inclamabat. Desiliens Leo ex equo caecum manu in viam reducit, cumque miser de ardentis siti quereeretur, haustum frigidam ex contiguo fonte illi attulit, quia imo ex superno nescio quo instinctu terra gleba, quam eadem frigidam humectaverat, coecutiens oculis imposita, misero hominioni: Deo cooperante etiam lumen restituit. (*Niceph. ap. Danrol. c. 7. tit. 6. n. 1.*) Quid evenit? Mox incognitam vccem e nubibus desilens audivit, quae sibi imperii coronam ap-

promisit, quam & paulo post unanimi populorum consensu obtinuit, & dein eo ipso in loco, ubi caecum fuerat, Ecclesiam in Dei & Divinae Matris honorem aedificavit. En! mihi Christiane quam liberaliter Deus opera misericordiae compendit, & quam fideliter suis promissis stet, quibus sefe obtinuit iniqua (*Matth. 10.*) *Quicumque verum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae, omni dieo salvis, non perdet mercedem suam.* Ah Bone Deus, quam crasse igitur seipfos decipiunt avri hujus saeculi Eucleiones, qui cum pauperi frustum panis, aut aliquot vini guttulas praebent, mox ipsi depauperari metuant, dicentes frequentissime: non possum elemosinas facere, ne ipsi egeam aut ad incitas redigar! Falleris o miser falleris! Edicium Romanus Senator (*Gregor. Turon. ap. Danrol. c. 7. Tit. 3. n. 7.*) tempore famis quatuor pauperum millia quotidiana esu & potu, usquequid calamitosa tempora transierat, sustentavit, & in tanta charitatis mercede, sustentavit, & in tanta charitatis mercede a Deo promissionem recepit, quod nec ipse nec eius filii & nepotes futuris saeculis unquam pane carituri essent. S. Iydrwinus Vige (*Sarius Tom. 7.*) ex carnisibus suae domui octidit triginta familias parit & ex saeculo pecuniario, quem marsupium Jesu vocitabat, pauperibus quotquot ventitabant, stipem elargita est, nec tamen unquam carnes in olla, aut nammis in sacculo defecerunt, sed potius cum mirabili augmento abundarunt. En! mihi Christiane, elemosyna non depauperat, & Deus nunquam patitur se ab humana liberalitate superari.

8. Nec satis hoc: quamquam enim grandia sine dona temporalia, majora tamen incomparabiliter sunt aeterna, quibus Deus charitatem clientibus & stitibus exhibuit remuneratur. De quodam Cyrillo perhibet Sarius, quod cruento sancto Anastasiae Virginis Martyrii spectator interluerit (*Sanchoz. p. 6. c. 4. Reg. Dei.*) cum igitur gloriose Martyrii dentes convulsit, & lingua o laucibus eruta est, ardentissimae siti arida haustum frigidam instantissime rogare cepit: Cyrillus commiseratione commotus attulit Virgini, quem petit haustum: & ecce! mox admirabili constantia, & superni viribus roboratus, Christum professus, & ad supplicium raptus, pro haustu frigidam meruit gloriosam Martyrii coronam adipisci.

9. Notissimum est, quod doctissimus Diez *T. 2. quadr. p. 2. post Dom. 1. enarrat!* Nobilibus quidam Hispanus post vitam diu inter fecera actam, tandem respicere, & ex toto corde ad Deum converti decrevit. Igitur Sacerdotum nonneminem rogavit, ut sibi quodpiam solida pietatis principium dicitaret, qui tuto iuharere, & lux salutis spem indicare posset: Sacerdos pra reliquis hanc ipsi gnomen inculcavit: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & quod tibi vis fieri, etiam alio fac, cui dein principio Nobilis omnem vitam suam consomavit, saepe secum ipso fe argumentum ad-

do: Nonne siquis tibi debitor esset, desiderares solutionem? Ita est, desiderarem! ergo aequum est, ut & ego contracta nomina expungam! sic vocatis suis creditoribus satisfecit. Alia vice fe ipsum alloquebatur: Nonne si pauper fores, per gratiam tibi esset alienum auxilium? Ita est, pergratum foret! ergo aequum est, ut & ego indigentibus auxilium praebem, sic insignes elemosinas distribuit, & alia familia fecit. A liquidando contigit, sero vespere pupertem & debilem peregrinum ad adium ipsius fores adventare, & hospitium humiliter rogare. Non moratus Nobilis recepit miserum, & laute proce- na habitum in fuomet illum cubili collocavit. Media nocte mendicis lamentari, & molestam sitim conqueri cepit. Evigilans Nobilis audie lamenta, miratur, compatitur, & mox suam gnomen repetit: si siti affigeret, nonne charum mihi foret afferri haustum frigidam? sine dubio foret! sic argumentatus proripit fe e lecto, ad puteum descendit, aquam haurit, & hoc grande infortunium, quod tibi crederis inausus igit, fallente vestigio in puteum decidit. Fixa tunc inter domesticos, surgunt, ejulant, infelicem casum Domini deplorant, cumque in aquis deneriam extrahunt. Verum ecce! dum exangue cadaver considerant, in ejus collo aureum anulum annotant, cui inscripta haec verba legabantur: *Antiquum corpus hoc in aqua refrigerasset, iam avium eius Deo fruatur.* En, mi Christiane, quam verum, quam indubitatum, quam infallibile fit illud! Non perdet mercedem suam!

10. Epilogus. Quid dictu superest? Nihil aliud, mi Christiane, nisi ut te ad opera misericordiae, tanquam tua saluti pignus & testimonium efficacissime adhorter! Nonne sefcem te reputas, cum pecuniam tuam in census elegantum opulentum debitorum nancisceris, ubi nec fors, nec census periclitantur, nec suspecta est illius fides! quis autem debitor opulentior, quis minus falli & fallere nescius, quam Deus? haic in paupere porrigis panis frustum, aut aqua haustum, & ille tibi tam temporalem, quam aeternam retributionem appromittit. Nonne sancta invidia quodammodo ardes contra S. Magdalenam & Martham, quod digne habitae sint Intraeratum Dei Filium hospitio recipere & fumentem palcare? Ecce autem, hac eadem fors & tibi obtingit, cum miserum hominem nomine & amore Christi in domum recipis, ac cibo & potu reficis? Nonne opera bona omnia, praees, jejunia, alique ad eam finem ordinant, ut Deus optimus maximus, post jusus vestri terminum beatam tibi mortem, & sualem gratiam largiatur? quem autem hominum securus, certitudo beata mors expectat, quam misericordem? Neminem certe! de hoc enim S. Hier. Ep. ad Nepotian. solemniter enunciat, cojas verbis simul hodierno sermone coronidem impono: *Nusquam memini me legisse, mala morte defunctum, qui libenter opera charitatis exhibuit! Nunquam memini me legisse! &c. &c.*

In Festo Inventionis sanctae Crucis.

### CONCEPTUS LIII.

*De multis illis Utilitate Adversitatum, quibus optime videtur posse per Gracem Christi.*

Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis. *Joan. 3.*

*Inventor aut Inventrix crucis laude, non alio digni sunt, quia crux seu adversitas temporalis animam a terrenis avocat.*

1. Ingeniosi illi homines, qui anterioribus saeculis variarum artium & inventionum auctores fuerunt, vel gratitudinem posteritatis vel indignationem mererunt, prout videlicet inventa artes vel in emolumentum, vel in detrimentum humani generis cedunt. (*Probus art. discip. Joan. 9.*) Anacharis inventi folles, Anaximander horologia, Ancus Martius sillens, Aristaeus butyrum, Cleantes picturam, Cadmus lapidescinas, Chiron artem herbariam, Ctesibias machinas hydraulicas, Ovisyr aratrum, Pan fistulas, alii alia: & h omnes singularem laudem, ac commendationem reportant; quia id genus artes ad humani commercii utilitatem aut delectationem valde conducunt. Contra Pifus inventi Lanceas, Lacedaemoni galeas, Phoenices fundam, Francis Senensis cuniculos, Zoroastes artem magicam, Bercholdus Nigger scelopeta & pulverem pyrium: atque hii non laude, sed indignatione digni videntur; quia suis inventionibus ad crenta bella, ad humani sanguinis effusionem, ad urbium & regionum ruinam multum contriherunt. Jam hodie celebramus Festum Inventionis S. Crucis, crux autem in sentia morali sumitur pro adversitate & arumnis; proinde consurgit quaestio, an festum hoc dies fit laetitiae vel tristitiae, seu an inventor aut inventrix crucis primis illis accenseri debeat, qui laudem, vel secundum illi, qui indignationem promeretur? Videtur indignationem promereri, & quidem ex duplici ratione; nam illi qui in fama, in valetudine, in fortuna, in temporali sustentatione crucem patientur, desolati ac pusillanimes tritantur, Deo pro liberatione sua supplicanti, vota nuncupant, peregrinationes & anathemata promittunt: e diverso, qui ab omni cruce immunes vivunt, qui divitiis affluunt, qui in dignitatibus haerent, qui integra semper valetudine fruuntur, qui res & spes ad sua vota perducunt, verbos, qui fortunam quasi famulam habent, latantur ac beatos sese estimant. Verum crassissime desipiuntur; quia si rem penitus insipientium; revera inventori crucis non uno, sed multiplici gratitudinis titulo obstrictissimi sumus: Tribertius Imperator, cum aliquando palatium suum obambularet, conspexit humi lapidem cruce signatum: indignum id ratus fuit lapidem tol-



li, ne porro pedibus conculcarentur: & ecce! invenit pretiosissimum thesaurum habentem super mille auri coronas: (Paul. Diacon. l. 3. Hist. Longobard. c. 12.) Oh Christiani mei! nemo conculcet, volo dicere, nemo averteret aut horreat crucem: sub illa enim ingens, & super omnes mundi divites estimabilis thesaurus delitebit!

2. Proposito. Vultis rationes! dabo in presentium! Interim oculos tollite in Sacrosanctam Crucifixi altare! quoniam sunt illi, qui quia crucem sunt? Beatissima Deiparans, & Joannes Apostolus, quibus amicos Christus in terris non habuit: ubi ergo sunt ceteri Apostoli? ne quare, in passione Domini fuerunt omnes? quare? quia Dei Filius non nisi amicissimos vult fe crucis reddere participes! Attendite! Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Crux seu adversitas temporalis non horribilis sed valde estimabilis est, primo: quia animum hominis a rerum terrenarum amore avocet, & ad celestium desiderium inflammat: Miscentur amaritudines ista temporali, ut aeterna desideretur, ait S. August. ap. Hieron. 2. num. 28. Dantur revera plurimi Christiani, adeo in res terrenas demersi, ut instar Israelitarum opis pascuis circa Jordanem factum essent contenti & aeternum caelo renunciant: si semper possent vegeti, semper divites, semper honorati ac felices hanc vitam vivere, facile dicerent, calum cali Domino, terram autem nobis filii hominum. Deus ergo, ut eos a lacte mundi abstrahat, mamillis amaritudinis aspergit. Experti sunt hi iidem Israelitae in Aegypto! Et mirabile! erat Pharaonis amarissimum subditum, quos & servitute dimittit, etiam celestibus supplicis & minis terrore, & tamen eorum infantulos instar canum in Nilo demergi, eosque luto, latere, gravissimisque laboribus onerari praecipit, quomodo Aegyptii ad iusta & exemplum Regis amarent Israelitas, eosque tanquam sua manduca persequerentur, & ludibrio habebant. (Exod. 1.) Quinam ergo fuerunt Aegyptii? fuerunt idololatrae! & qui Israelitas? Populus electus & fidelis! cur ergo permisit Dominus Deus, dilectum sibi populum tam crudeliter opprimi, & affligi? Responsum dat I. hecdoctus, inquit, hanc singularem fuisse beneficium Numinis Providentiam: voluit Deus, ut Israelitae a moribus & idololatrie Aegyptiorum abhorrenterent, & ad hunc finem consequendum non erat opportunus remedius, quam ut ab idololatriis hostili odio, multisque persecutionibus affligerentur: Si Aegyptii erga Israelitas fuissent civiles, blandi ac mansueti, isti facile mores & vitia eorum induissent: necesse ergo fuit, ut illi erga Israelitas essent crudeliter & inhumani, ut isti in placabili aversione eorum dicta, facta, & Deos abominarentur.

Verba citati Doctoris sunt q. 13. in Gen. 17. odio persequerentur non tantum Aegyptii, sed & Israelitae. Ita Deus hodiecum solet: permittit homines justos a perverso mundo delinquenti opprimi, ut falsas mundi voluptates contemnerent, & ad caelestia aspirare discant. Deum enim mortalem! exclamat S. Aug. fer. 111. de temp. Amarus est mundus & illigimus! putas subditis esse quomodo amarentur?

§. II. Contra peccata praesentia.

4. Crux seu adversitas temporalis non horribilis, sed valde estimabilis est, secundo: quia hominem efficaciter praemunit, & praeservat a peccatis. Fortissimus Samson, cum aliquando in urbem Tannatam peregrinatum iret, in angusta via terribilis illi loco obviam venit: Apparebat capulus leonis saxus, & rugiens. (Jud. 14.) Quid ageret Samson? fugeret? abibat? quia iuga tanquam argumentum pavoris cederet in easque opprobrium. Leonem aggressus, sternit & suffocat. Nolo hic prolixis laudibus depraedicare generosum facinus, sed quare: Cur Dominus Deus, cuius providentia sine arcana ratione nihil ordinat, aut permittit, cur inquam fortissimus Heioi eradeat animal obviam misit? an ideo ut experimentum caperet sui roboris, & disceret in leone, quomodo pugare deberet contra Philistinos? Relinquo huic rationi suam pondus, & amplector aliam, quam doctissimus Villaregius assert: ubi, quo loco loco obviam Samson? responder scriptura: Ad vineas oppidit: cur exprimitur hec circumstantia loci? non sine mysterio! Samson erat vocacione Nazareus, cui omnis vini & uvam usus interdixit erat: ne igitur maturecentium uvam illicio tractus de pravitate legis periclitaretur, Deus obviam illi misit leonem, qui cum quasi ad pugnam provocaret, & a vinea avocare deberet: quis scit nisi cum feroci animali occupatus fuisset, forsitan manus ad vitium fructum extendisset. Providentissimus Deus (loquitur Villaregius in Jud. 4.) pro sua pietate disposuit, ut saxus & rugiens leo et occurreret, ne forte ad vitium cibum extenderet manum. Mi Christiane, non putas, quod Dominus Deus, cum peccatorem aut adversarium instar rugientis leonis tibi obviam misit, eundem sibi finem propulerit? Eras forte in peccato incidendi in peccatum injustitiae, in peccatum luxuriae, in peccatum invidiositatis: vidit hoc Deus, & vitium submisit saltem fratrem qui tibi injuriam impingeret, vicinum qui tibi litem intenteret, fratrem qui tibi damnum irrogaret, detrahentem qui famam tuam laderet: & ecce! dum animus tuus luctu aut fastidio exacerbatus cum esset ejusmodi leone colluctatur, interim peccati illius pruritus evanescit. Agnoscis, qua ratione tribulatio fit Dei artificium, quo te a peccatis praeservat?

5. Nec satis hoc: tribulatio non solum a peccatis praeservat, sed etiam rebelles appetitus, qui

facile ad peccatum ducunt, domat & compescit. Beatus Joannes Vincentius Apostolico labore, quo rudes dogmatizabat, totus fatigatus petit a familiaribus, ut suum sibi equum pro itinere commodaret: excusans familiaribus objebat, equum nimis esse strenuam ac impetuosum non sine periculo seorsis. (Hyst. mirae. Sanct. con. 2. p. 2. mir. 49.) Sanctus vir hoc non obstante jubet sibi adduci equum, cui crucis signum in fronte imprimebat, dicens: Mitiget te Christus! Princeps pacis! & ecce! equus instar oviculae mansuetus, & adeo cicuratus est, ut deinceps semper in genua procumbens sanctum virum tergo exeperit. Quid sunt effrenes concupiscentiae appetitus? sunt instar equi & muli petulicentis, nolant Divinae legis capistro coerceri, faciuntque hominem extra orbitam mandatorum exilire. Quid agit Deus? signat te cruce, id est tribulatione, mittit morbum, infamiam, infortunium, & sic facile fit, ut mansuetus, inarchus occasionem habet demonstrandi, quid caput Divinae legis jugo submittere, dicas. Experimentum in testemvoco, praesertim eorum, qui quasi in semetipsis conviciant noscunt, quod hanc tribulationem suis ipsi peccatis in caput suum contraxerint: loquatur mei invicem, & debebant fateri, quod a Deo per crucem & tribulationem humiliati, & in orbitam reducti sint.

§. III. Virtutem auget.

6. Crux seu adversitas temporalis non horribilis, sed valde estimabilis est tertio: quia virtutem auget, & animi devotionem magis magister inflammat, cum fere in modum, quo faber ferrarius ignem & prunas ardens in ignida aspergit, ut calor intendatur. Apoclypticus Vates quondam in extasi mentis vidit Dei Filium pretiosa ac albicante veste indutum, stantem in medio septem candelabrorum. Quid intelligitur per septem candelabra: intelliguntur septem Ecclesiae in Asia, seu si mavis sentire cum doctissimo Labbata, V. Exempl. p. 1. per candelabrum figuratur corpus, per lumen ardens fidelis anima. Quid autem agit Dei Filius in medio candelabrorum? ambulat ab uno ad aliud, emunctorem assumum ab uno nens, & mucum, quem lychnus ardens contraxerat, abscindens. O fidelis anima! vult Deus ut ignis charitatis in corde tuo ardeat, & coram hominibus luceat: verum eheu! continuo inordinati appetitus mucum contrahit, quo flamma obtunditur, & obscuratur. Quid factu opus est? refecandum est obtusatum, ut flamma clarior & altius exardescat! propterea noli mirari, quod praecoci morte tibi Deus ademerit filium, qui familiaris erat unica spes, & solatium: noli mirari quod tibi ademerit conjugem, quae curarum & tedium domesticorum erat levamen: noli mirari, quod tibi ademerit amicum intimum, qui tuum erat in necessitate reugium: isti omnes, quia fiduciam fere majorem in iis, quam in Deo collocabas, erant obscurata, & mucis, quorum emunctio vult

Deus, ut ignis charitatis in corde tuo purius ardeat, & eluceat. Recto verba prelaudati auctoris, Emungit te Deus, & refecit superflua ista, quae te lucere impediebant.

7. Plus dico: Hac ipsa tribulatio non solum auget virtutem, sed etiam probat & experimentum virtutis, juxta citatum S. Greg. ap. Span. Script. sel. punct. 21. Nemo quantum profecerit nisi inter adversa cognoscit. Oh quam adversitas pareat homo a fe ipso in prosperitate, & adversitate: ponamus quidem quom in prosperitate Deo serviat & mandata sine quaerela observet, verum nunquid hoc artisset? nullo modo! cum mare placidissima malicia fernerit, cum fluctus & marina noxia quiescant, cumque aere sereno ventus faveret, quid mirum, quod navigium auspicio cursu provelatur? veniat tempestas, turbentur elementa, levantur procelles, intumescant fluctus, tunc enim vero Nearchus occasionem habet demonstrandi, quid artis, quid experientia possideat. Eandem in morem fe res habet in nostro proposito: cum homo integra pace, valetudine, honore & divitiis ad delicias usque fruitur, ita, ut fortunam quasi ancillitatem ad obsequia habere videatur, mirum non est, quod pius, quod devotus, quod virtuosus sit, & Christiane legis praepcepta ad amissim observet, id enim lex gratitudinis erga Deum exigit; verum veniat persecutio, veniat infirmitas, veniat ingominia, veniat infortunium, veniat interna desolatio; tunc enim vero si flet inconcussus, & eadem constantia, qua ante Deo servire pergit: in consensum eorum reputabitur, de quibus dicitur: Deus tentavit eos, & invenit illos dignos fe. (Sap. 11.) Cum autem cesserit, & murmurando, querendo, blasphemando, consueti pietatis exercitia abruerit, annumerabit illis, de quibus dicitur: Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est mihi dignus. (Mat. 10.) Hac ratione probavit Deus virtutem Abraham: (Manf. V. l. i. Dom. diss. 12. n. 1.) eo enim tempore, quo omni-gena prosperitate fruebatur, tentavit illum & praecipit, ut filium suum unigenitum Isaac immolaret. Eheu! quanta hac afflictio paterna cordis! An obsecutus est Abraham? sine mora! abile & paterna domo, profectus est in montem Moria, extruxit altare, ligavit Isaacum, evaginavit gladium, vibravit icdum: cum ecce! Angelus cohibuit illi manum, inquitens: Nemo cognovisse: quod times Deum. (Gen. 22.) O mi Angele, cur dicis nunc? an non jam iam tempore prosperitatis scivisti Abrahamum esse virum omni perfectione virtutis absolutissimum? Non scivi: quia sola adversitas prodere debet, quid & quantum virtutis in animo hominis deliteat. Paucis concludit omnia Sp. Sanctus ore Sapientis: (Ecc. 2.) In igne probatur aurum, homines vero - in camino tribulationis. Vah! hac probatio est nimis ardua, & intolerabilis! Percipe in puncto ultimo, quod lenimentum tibi praescribam!



§. IV. Et ex *Crucis Christi grande remedium capis.*

8. Crux seu aduersitas temporalis non horribilis, sed valde estimabilis est denique quarto, quia Crucifixus Dei Filius suam crucem nobis dedit tanquam medelam & refugium in omni cruce & aduersitate. Quomodo? consulamus hodiernum Evangelium (Joan. 3.) *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis.* Quid ergo conigit in deserto? Liber Numerorum c. 21, id narrat: Populus Israel ex seruitute Egyptiæ elapsus, cum post deictum Regem Chananeorum a monte Hor ad urbem mare pergeret, ex tædio iteris murmurabant contra Dominum, & in pensam delicti serpentibus ignitis a Deo punctis est, quorum mortu multo intoxicati misere perierunt. Moyses pro auertenda Numinis ira supplex factus preceptum a Domino obtinuit, ut anem serpentem et palo suspensum erigeret, addita promissione, quod solo illius aspectu vulnerati omnes sanandi essent, quod & reuera ita evenit: ergo serpens erat remedium contra serpentem? ita est: Mi Christiane sic crux Christi est remedium contra crucem! Age, si torrente aduersitatem obruit in crucem, in crucem Domini tuum! hic solus aspectus medebitur tuo malo! compara te cum illo & quære, quis ego, quis ille? ille innocentissimus, & ab omni peccati umbra alienus Deus est, & tamen abjectus, despectus, vulneratus, & millenis doloribus plenus in cruce emoritur: an ergo injuria mihi sit tot criminum reo, si his & illis ærumnis afflixi, quas meis peccatis mille promeritus sum? Hæc, inquam, cogita, & senties grande afflictionum tuarum levamentum! Vis ut alia probatione demonstrem, quomodo crux Christi sit tuæ afflictionis medicamentum? Imperatrix Helena, (*Virg. Rom. hoc Festo*) cum post insignem victoriam, quam ejus filius Constantinus contra tyrannum Maxentium reportavit, conquiescens Dominicæ Crucis studio qui jam centenis octoginta annis fuit terra delituit, Hierosolymam venit, & in monte Calvarie marmoream Veneris statum a gentilibus ibi erectam destruxit, deinde tres crucis humi desolatas invenit, titulumque dominicæ crucis ad illis separatam, qui cum ex tribus, cui affixus fuisset non appareret, eam dubitatione miraculum fultulit; nam Macarius Hierosolymorum Episcopus, factis Deo precibus singulas crucis cuidam foemina gravi morbo laboranti admovit, cui cum reliquæ nihil profuerant, adhibita tertia crux statim eam sanavit. O quantam Crux Christi virtutem sanandis tam corporis quam animæ infirmitatibus continet! Utinam, exclamat Bernardus ap. Spera. de Pass. Dom. fund. 16. utinam omnes Christiani agnoscerent, & sibi applicarent balsamum suavissimum, quod stillat a cruce, certe non tam incoacta esset tristitia & pusillanimitas eorum, qui modica quavis afflictione tanguntur!

9. Quod autem in genere de Cruce Christi loquor, id speciatim de amabilissima cruce no-

stra Biberbacensi intellectum volo! nonne enim in omni tribulatione commune est refugium? tollite oculos, Dilectissimi! numerate, que circumcirca pendent sacra anathemata, numerate annuum peregrinantium confluvium, numerate vota ac oblationes, numerate pie invocantium dona ac preces, numerate sacras Confectiones & Communiones, numerate incruenta altaris sacrificia, & totidem habebitis testimonia, quod Dominus Deus ex benignissima sua providentia prodigiosam hanc crucem ab aeterno in hoc templum delinavit, ut tristes soleret, desolatos erigat, ægrotos sanet, cæcis visum, surdis auditum, mutis loquellam, paralyticis valeudinem, & præsertim miseris peccatoribus veniam ac remissionem conferat, prout millenis casibus & exemplis posset demonstrari! Tu mi Christiane, ærumnoso hoc tempore ad sacrificissimum hanc crucem confuge, illi necessitates tuas confidenter expone, peccata quibus Divina Majestas offenditur, & irritatur, declina, eadem etiam apud alios quantum potes impetere stude, & demum per vitam pie Christianam beneficiis Sanctæ Crucis dignam te redde, experieris, quod ab hoc templo inexauditus non sis abiturus!

10. *Epilogus.* Jam tandem, ut finem faciam, unde initium duxi, ex dictis luculenter patety quod inventione Crucis non malum nobis irrogatum, sed grande beneficium præstitum sit, in eo enim totus rei cardo versatur, ut bene intelligamus quam dulcis nucleus sub amaro, ut apparet crucis cortice delitescat: in quo autem consistit hic dulcis nucleus? consistit in eo, quod animam hominis a terrenis avocet, & ad caelestia inflammet: consistit in eo, quod animam præseret a peccatis, & inordinatos appetitus compescat: consistit in eo, quod virtutem augeret, & devotionem acuat: consistit denique in eo, quod ex Cruce Christi grande solatium & malorum omnium remedium capiat. Quid sequitur? Plane hoc sequitur, quod cruce & aduersitate temporales, si quis illas oculos non considerare velimus, non ex se malum fiat, sed solus erit nostra apprehensio: postquam illas vel alleviare, vel aggravare secundum nostram imaginationem. Christus Dominus passionem suam vocat calicem: *Calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum* (Joan. 18.) cur tantum oculis nuncupat, cum tamen omnes Propheta illum comparent mari, inundationi, abyssis? nempe, ut te doceat, mi Christiane, de aduersitatibus bene sentire: tu cum adversi quid in te currit, semper excogitas rationes, quibus malum illud aggravas: quid mirum, quod tibi intolerabile videatur? puta esse calicem quod mare est, perinde emolumenta, quæ sub cruce delitescunt, gratas refer Deo, quod participatione Dominicæ Passionis dignus sis, & sic incomparabiliter tibi crucem tuam ex levem reddes. Amen.

in

In Festo Ascensionis Domini.

### CONCEPTUS LIV.

De tertio & quarto Opere Misericordie, quod est *operire nudos; & captivos redimere.*

Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum. *Marc. 16.*

*Christus in caelum assumptus liberans e limbo Patres, eosque stela gloria vestiens dat ansam descendendi de tertio opere misericordie quod est operire nudos.*

1. Incarnatus Dei Filius, post absolutum quadraginta dierum jejuniis, superatæque diaboli tentationes, ad Evangelicæ prædicationis munus in Galilææ regionem revertens, venit in patriam suam Nazareth, ibique synagogam ingressus accipit in manus librum, qui ipsi tradebatur, videlicet Prophetias Isaia, salutarem doctrinam auditoribus suis exinde proposuit. Aperit librum & ecce! incidit in illa verba: (*Isa. 61.*) *Spiritus Domini super me, ut prædicarem evangelium indigentibus; & clausi aperirentur:* De quo pronunciantur hæc verborum vaticinia? pronunciantur de ipso Christo Dei Filio! quomodo? quomodo? quibus in circumstantiis Christus cum captivis, & clausi negotium habuit? Respondet, prædicitis captivos indigentiam, in ipsa Parasceves die, quando post amarissimam passionem, ac mortem obitum sanctissima ejus anima in limbum descendit, ibique beatis antiqui testamenti Patribus ac Patriarchis, adventum Messie jam per aliquot secula expectantibus, felicissimum nuncium attulit, jam tandem legem figuralem completam, peccatum protoparentis extinctum, mundumque per suam sanguinem ac mortem Deo plene reconciliatum esse, quin imo paucos superesse dies, quibus elapsis ipse beatus Patrum animas fecit in caelestia regna ducturus esse. Dein prædicitis clausi aperirentur hodierna suæ assumptionis die, quando vi suæ promissionis limbi carcerem effregit, & cæli portas per quinque ac triginta fere sæcula clausas aperuit, atque eosdem Patres, progenitores & consanguineos suos triumphali pompa secum caelestis regis invasit. *Assumptus est in caelum* (Marc. 16.) qua ratione autem, & qua pompa assumptus est? Christus Redemptor, in cuius corpore quod vulnerum cicatrices instar syderum radiabant, erat paludamento glorie vestitus, & in signum victorie, qua mundum, carnem, demonem superavit, lauris ac fertis redimitus, neque dubium est, quod eodem vestimenti genere etiam sequacem animarum multitudinem exornavit. O quam hic opportuna se mihi offerret occasio Divino Victori gloriosum caelestis patrie ingressum gratulandi, meoque Auditores ad partem contra carnem, mundum, demonem subeunda certamina, & mala omnia amore Dei patienter exantila-

da, emphaticè animandi, ut quondam in morte eadem mercede digni inveniantur, & cum Christo triumphatore caelestem patriam gloriosè ingrediamur.

2. *Propheta.* Verum avocor a mea materia! Nempe quando interrogas, mi Christiane, quomodo aeternam celi beatitudinem promereri possis? Respondeo, potes per opera misericordie per quæ tu super locuti sumus de primis duobus, que sunt Elixiries facere, & potum dare sitientibus. Hodie de tertio & quarto agemus, quod est operire nudos & captivos redimere. Christus hodie captivos Patres e limbo eduxit, eosque gloria veste amicit: ita de utroque hoc opere differendè ansam nobis præbet, tum Religiosi Patres de Redemptione captivorum, qui pro colligendis elemosynis hujate vestantur, tum innumerabilis egentium multitudo, qui calamitosi hoc tempore ulque ad nuditatem depauperati, quotidie sub oculis nostris vestantur. Evæte!

§. I.

3. *Confirmatio.* Dum de opere misericordie, quod est operire nudos, initium facio, erung forsan ex meis Auditoribus, qui putabunt, me vestimenta, telas lineas, ac pepla commendicatorum pro pauperibus alterius sexus, que licet cætero corpore auro & argento fulgeant, non tamen habent, quo colli nuda contegant, hinc eo sere schemate, quo luxuræ & lumbæ pingi solent, non sine laudentium scandalo plateas obtinent. Erratis, Dilectissimi, pro his ego ne verbum! sunt pauperes, imo martyres diaboli ad pervertendas animas, digamque, que non veste, sed spato & luto ad ignominiam cooperantur? Væ illis! Ego autem de pauperibus liquor, quos infortunium, infirmitas, incendium, rapina, aut ipsa hujus ærumnosi temporis calamitas adeo ad incitas redegit, ut corpori honeste contegendo impares præ erubescantia in publicum prodire vix aiant.

4. Scitis, Christiani mei, quis omnium primus fuerit in orbe sartor? Puit ipse Deus! quando protoparentes Adamus & Eva in primævæ innocentie statu perseverarant, aure miro quodam splendore, quem tam in corporibus, quam animabus eorum Dei gratia causabat, vestiti; postquam autem Dominicum preceptum prævaricati sunt, pendenda nuditate in ruborem dati, sub fruticibus sese occultare, & solis ficus cooperire coeperunt. Cum igitur e deliciosis paradisi tempore ejeti, ob inclementiam frigoris & ætus vestimentis indigebant, Deus suis ipse manibus secte Adæ & uxori ejus tunicas pellucas, & induit eos. (*Gen. 3.*) Sed unde assumpti Deus pelles & exuvias ovium? Respondent & concludunt sacri Interpretes, Adamum & Evam, dum in paradiso morabantur, jam tum Domino Deo ovium & agnorum victimas obtulisse.